

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Breviarium monasticum**

**Paul <V., Papst>**

**Constantiae, 1660**

Proprium de tempore

[urn:nbn:de:bsz:31-140162](#)

# PROPRIUM DE TEMPORE.

In Aduerū nō sit de Festo, nisi fuerit Dup. vel Semid; quod si occurrit in Dñica, transfertur in j. diem famili Festo nō impeditam, secundum Rubricam de Transtat. Festorū. De Simplici vero statim coenam.

## DOMINICA X.

Aduentus.

Ad Matutinum Iuxitatorium Regem venturum Dm<sup>m</sup>, V. emite adoremus. Et dicitur in Dominis & Feris, vise ad Dominiem. Aduentus. Psalmus. V. exultemus. 14.

**V**erbum supernum prodiens, A Patre olim exiens, Qui natus orbi subuenis, Cursu declivi temporis. Illumina nunc pectora, Tu quoque amore concrema; Audito ut præconio Sint pulsata tandem lubrica. Undeque cum post aderis Rimari facta pectoris, Reddens vicem pro abditis; Iustisque regnum pro bonis. On demum arctemur malis. Pro qualitate criminis; Sed cum beatis compotes Simus perennes cælibes. Aut, honor, virtus, gloria. Deo Patri, & Filio, Sancto simul Paraclito, In sæculorum sæcula. Amen.

Veniet  
ecce REx. Psalm. Domine in vir-  
tute.

cum reliquis ut in Psalterio.  
Post V. in quolibet Noft. dicimus  
Pater noster. Ite et vici. Et  
de nos inducas in tentationem.

Sed libera nos a malo.

Xaudi Dñe Iesu Christe pres-  
E ces seruorum tuorum, & misere-  
tere nobis, qui cum Patre & Spiritu  
sancto viuis & regnas in sæcula sæ-  
culorum. Amen. Iube domi-  
ne benedicere. Benedic. Bene-  
dictione perpetua benedicat nos;  
Pater æternus. Amen.

Incipit liber Isaæ prophetæ.

Cap. I. 2. 13

**V**erbo Isaæ filij Amos, quando-  
vidit super Iudam, & Ieru-  
salem, in diebus Ozias,  
Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum  
Iuda. Audite cæli, & auribus per-  
cipere terra, quoniam Dominus locu-  
tus est. Filios enutriui, & exaltaui  
ipsi autem spreuerunt me. Cognov-  
it bos posseflore suum, & asse-  
nus præsepe domini sui: Israel  
autem me non cognovit, & populus  
meus non intellexit. Tu autem  
Domine, miserere nobis. De  
gratias.

**S**ic semper terminantur  
**L**eopoldi nisi aliter signetur. Apries a longe, ecca video Dm<sup>m</sup>  
potentiam venientem, & nebulam  
totam terram tegentem. Ite obuiam,

**e**i, & dicite: \* Numeia nobis, si tu es ipse, \* Qui regnaturus es in populo Israël. **V**. Quique terrigenæ, & filii hominum, simul in vnum diues & pauper. Ite obuiam ei, & dicite. **V**. Qui regis Israël, intende, qui deducis velut ouem Joseph. Nuncia nobis, si tu es ipse. **V**. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriae. Qui regnaturus es in populo Israël. **V**. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Deinde reperiet **V**. Aspiciens a longe, vsque ad **V**. Quique terrigenæ,

Hoc **R**. non dicitur per Hebdomadam, sed eius loco dicitur **R**. primum sequentis Feriæ ij. **V**. Iube domne benedicere. Bened. Vnigenitus Dei Filius nos benedicere & adiuuare dignetur. **V**. Amen. **Lectio iij.**

**V**æ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nemiam, filiis sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem? Omne caput languidum, & omne cor incorens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

**R**. Aspiciebam in visu noctis, & ecce in nubibus cœli Filius hominis veniebat, & datum est ei regnum, & honor. Et omnis populus, tribus, & linguae seruent ei. **V**. Potestas eius, potestas æterna, que non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. Et omnis. **V**. Iube dominum benedicere. Bened. Spiritus san-

cti gratia illuminet sensus & corda nostra. **V**. Amen.

**Lectio iii.**

**T**erra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni: regionem vestram coram vobis alieni devorant, & desolabunt sicut in vastitate hostili. Et derelinquet filia Sion ut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in eucumerario, & sicut ciuitas que vastatur. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissimus, & quasi Gomorrah similes essemus.

**R**. Misericordia est Gabriel Angelus ad Mariam virginem deponsatam Joseph, nuncians ei verbum: & expauescit virgo de lumine: ne times Maria, inuenisti gratiam apud Dominum: \* Ecce concipies & paries, & vocabitur Altissimi Filius.

**V**. Dabit ei Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Jacob in æternum. Ecce concipies, **V**. Iube domne benedicere. Benedictio. In vnitate sancti Spiritus benedicit nos Pater, & Filius. **R**. Amen.

**Lectio iii.**

**A**udite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ. Quod mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit Deus plenus sum. holocausta atrium, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum noluimus.

**R**. Suscipe verbum virgo Maria, quod tibi a Deo per Angelum transmissum est: concipies & paries Deum pariter & hominem, \* Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. **V**. Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum: efficerie

etiam grana  
vindicta. Vrbe  
& Filio, & Sp  
litta. Sic in  
Patr, in fin  
Nocturni. In  
Inferni. Gaude & deute  
illuminantea.  
Platens  
1. Pugnare  
1. aliis qui cu  
fandriunt de re  
eudem. **V**. Am  
Vnde domne  
Bened. Deum p  
adon proprie  
Sermo lant  
Serm. R. de te  
moyen.  
**C**um de m  
rum, di  
tor inimicorum, et  
fiam in Apothol  
inquin, ne for  
velta in cunpla  
gitationibus le  
que præcepimus  
hecatbus per  
quibus de num  
valibus, non  
**V**. Ave Maria  
tecum: \* Spir  
nietine, & vi  
brebatib: qu  
tut Suthom,  
**V**. Quemodo  
viru non cog  
Angelos dico  
**V**. Iude dom  
Bened. Ch  
gaudia viri.

*Lectio iii.*  
vestra deserta, &  
e successe igni  
in coram vobis  
colabitur sicut  
et derelinqueretur  
alum in vinea, &  
cumerario, &  
statur. Nisi Don  
eliquerit nobis  
doma fuissimus,  
a similes effem  
Gabriel Angelus  
em defonsata  
ei verbum: &  
de lumine: ne tunc  
tu gratiam apollo  
e concipies & pa  
tificius Filius.  
is Deus sedem d  
regnabat in don  
a. Ecce conce  
benedicere,  
mitate sancti Sy  
Pater, & Filii.

*Lectio ii.*

Dai pri  
um, percipe am  
nostris populis Gi  
mili multitudine  
futurum, dicit Di  
locuta arietum  
& languine vini  
um, & horum  
veritas virgo Ma  
ro per Angelum  
concepies & par  
ninem, \* Ve hui  
er omnes mali  
idem filium, de  
ter deminimis  
en.

*Absolutio.*

**I** Pius pietas & misericordia nos  
adiuuet, qui cum Patre & Spiritu  
sancto viuit & regnat in saecula sa  
eculorum. **V.** Amen.

**V.** Iube domine benedicere.

**Bened.** Deus Pater omnipotens sit  
nobis propitius & clemens. **R.** Amē.

Sermo sancti Leonis Papæ.

**Serm.** 8. de ieiunio x. mensis, & ele  
mosynis.

*Lectio v.*

**C** Vm de aduentu regni Dei,  
& de mundi fine ac tempo  
rum, discipulos suos Salua  
tor instrueret, tamquam Ecclesiam  
suam in Apostolis eruditur: Caute,  
inquit, ne forte grauenter corda  
vestra in crapula, & ebrietate, & co  
gitationibus saecularibus. Quod vti  
que præceptum, dilectissimi, ad nos  
specialius pertinere cognoscimus,  
quibus denunciatus dies, etiam si est  
occultus, non dubitatur esse vicinus.

**R.** Ave Maria, gratia plena: Dai  
recum: \* Spiritus sanctus superue  
nit in te, & virtus Altissimi obum  
brabit tibi: quod enim ex te nasce  
tur Sanctum, vocabitur filius Dei.  
**V.** Quomodo fieri istud, quoniam  
virū non cognosco? Et respondens  
Angelus dixit ei. Spiritus sanctus.

**V.** Iube domine benedicere.  
**Bened.** Christus perpetua det nobis  
gaudia viræ. **R.** Amen.

*Lectio vi.*

**A**d cuius aduentum omnem ho  
minem conuenit preparari: ne  
quem aut ventri deditum, aut curis  
saecularibus inueniat implicatum.  
Quotidiano enim, dilectissimi, ex  
perimento probatur, potus satieta  
ciem mentis obtundi, & ciborum  
nimietate vigorem cordis hebetari  
ita ut delectatio edendi, etiam cor  
porum contraria sit saluti, nisi ratio  
temperantiae obstat illecebore, &  
quod futurum est oneri, subtrahat  
voluptati.

**R.** Saluatorem expectamus Domini

nū Iesum Christum, \* Qui reforma  
bit corpus humilitatis nostræ, con  
figuratum corpori claritatis lux. **V.**  
Sobrie, & iuste, & piè viuamus in  
hoc saeculo, expectantes beatam sp̄s,  
& aduentum gloriae magni Dei. Qui  
reformabit.

**V.** Iube domine benedicere.

**Benedictio.** Ignem sui amoris ac  
cedat Deus in cordibus nostris. **R.**  
Amen.

*Lectio vii.*

**Q** Vamuis enim sine anima nū  
hil caro desideret, & inde ac  
cipiat sensus, unde sumit & motus  
eiudem tamen est animæ, quædam  
sibi subditæ negare substantiæ, &  
interiori iudicio ab inconvenienti  
bus exteriora frænare: vt à corpo  
reis cupiditatibus saepius libera, in  
aula mentis possit diuinam vacare fa  
cientiæ: vbi omni strepitu terrena  
rum silente curarum, in meditatio  
nibus sanctis, & in deliciis læteor  
æternis.

**R.** Obscro, Domine, mitte quer  
missurus es: vide afflictionem po  
puli tui: \* Sicut locutus es, veni, &  
libera nos. **V.** Qui regis Israël in  
tende,

**326**  
tende; qui deducis velut ouem Ioseph, qui sedes super Cherubim.  
Sicut locutus.

**Benedic.** Iube domine benedicere.  
A cunctis vitiis & peccatis,  
absolu nos virtus sancte Trinitatis.  
**Amen.**

**Q**uod si in hac vita, difficile est  
continuari, potest tamen fre-  
quentar assūmī, ut s̄p̄ius ac diutius  
spiritualibus potius, quam carnali-  
bus occupemur. Et cum meliori-  
bus curis impendimus maiores mo-  
ras, ad incorruptibiles diuitias etiam  
temporales trāscēunt actiones.

Lætentur cæli, & exultet terra;  
subilate montes laudem: quia Do-  
minus noster veniet. Et pauperum  
fuorum miserebitur. Orientur  
in diebus eius iustitia, & abundan-  
tia pacis. Et pauperum, loria  
Patri. Et pauperum.

**In canticis nocturno ad Cantica,**  
**Antiphona:** Gabriel Angelus.  
**Canticum Iacobus Prophetae.**

Cap. 40. c. 10.

**E**cce Dominus Deus it fortitudine  
veniet, \* & brachium  
eius dominabitur:  
ecce merces eius cum eo, \* & opus  
illius coram illo.

Iicut pector gregem suum pascet:  
in brachio suo congregabit agnos,  
& in finu suo leuabit, \* foetas ipse  
portabit.

Quis mensus est pugillo aquas, \* &  
caelos palmo ponderauit?

Quis appendit tribus digitis mo-  
dem terræ, \* & librauit in pondere  
montes, & colles in statera?

Quis adiunxit spiritum Domini? \*  
aut quis consiliarius eius fuit, &  
ostendit illi?

**C**um quo iniit confilium, & instruc-  
xit eum, & docuit eum semitam iu-  
stitiae, \* & erudiuit eum scientiam,  
& viam prudentiae ostendit illi:  
cce gentes quasi stilla situla, \* &  
quasi momentum stateræ reputatae  
sunt:

cce insulæ quasi puluis exigui:  
Et Libanus non sufficiet ad succen-  
dendum, \* & animalia eius non suf-  
ficiunt ad holocaustum.

mnes gentes quasi non sint, ne  
sunt coram eo, \* & quasi nihilum &  
inaneruptarunt sunt ei.

**Cap. 42. b. 10.**

**C**antate Dño canticū nouum, \*  
laus eius ab extremis terræ:  
ui descenditis in mare, & pleni-  
tudo eius; \* Insulæ, & habitatores  
earum:

ubleuetur desertum, & ciuitates  
eius: \* in domibus habitabit Cedar:  
audate habitatores Petre, \* de  
vertice montium clamabunt.

onent Domino gloriam, \* & lau-  
dem eius in insulis nunciabunt.

ns sicut fortis egreditur, \* sicut  
vir prælator suscitabit zelum:

ociferabit, & clamabit: \* super  
inimicos suos confortabitur.

acui semper, silui, patiens fui: \*  
sicut parturiens loquar:

issipabo, & absorbebo simul. De-  
sertos faciam montes, & colles, \*  
& omne germen eorum exsiccabo:

t ponam flumina in Insulas, \* &  
stagna arefaciam;

t ducam cœcos in viam, quam ne-  
sciunt: \* & in semitis, quas ignora-  
uerunt, ambulare eos faciam:

onam tenebras coram eis in lu-  
cem, \* & praua in recta.

**Can.**

Dominica prima Aduentus.

**V**aticinum eiusdem: Cap. 49. b. 7.  
**H**ec dicit D<sup>s</sup> redemptor Isra<sup>e</sup>l, sanctus eius, ad contem-  
ptibilem animam, ad abominatam  
gentem, ad seruum dominorum:  
Reges videbunt, & consurgent prin-  
cipes, & adorabunt propter Do-  
minum, quia fidelis est, \* & san-  
ctum Isra<sup>e</sup>l qui elegit te.

**A**c dicit Dominus: In tempore  
placito exaudiuite, \* & in die salu-  
tis auxiliatus sum tui:

**E**t seruauite, & dedi te in foedus  
populi, \* vt suscitares terram, & pos-  
sideres hereditates dissipatas:

**T**unc dices his, qui vincti sunt:  
Exite, \* & his, qui in tenebris: Re-  
uelamini.

**S**uper vias pascentur, \* & in omni-  
bus planis pacua eorum.

**N**on clirient, neque sident, &  
non percutiet eos a<sup>s</sup>thus & sol: \*  
quia miserator eorum reget eos, &  
ad fontes aquarum potabit eos.

**E**t ponam omnes montes meos in  
viam, \* & semitæ meæ exaltabutur.  
**E**cce isti de longe venient, & ecce  
illi ab Aquilone, & mari, \* & isti de  
terra Australi.

**L**aude cæli, & exulta terra, iubi-  
late montes laudem: \* quia consola-  
tus est Dominus populum suum, &  
pauperum suorum miserebitur.

**A**nna: Gabriel Angelus locutus est  
Mariæ dicens: Ave gratia plena:  
D<sup>s</sup> tecum: benedicta tu inter mu-  
lieres. **E**gredietur D<sup>s</sup> de loco  
sancto suo. **V**eniet ut saluet po-  
pulum suum. **Absolutio.**

**A**Vinculis peccatorū nostrorum  
absoluat nos omnipotens &  
misericors Dominus. **Amen.**  
**V**ube domine benedicere.

**Benedictio.** Euangelica lectio sis  
nobis salus & protectio. **Amen.**  
Lectio sancti Euangeli secun-  
dum Lucam.

**Sic semper præponitur**, Lectio  
sancti Euangeli. **ante psalmum**  
Lectionem de Homilia.

**Lectio ix.** Cap. 21. c. 25.  
**I**n illo tempore: Dixit Iesus di-  
scipulis suis: Erunt signa in sole,  
& luna, & stellis, & in terris pressu-  
gentium. Et reliqua.

**Homilia sancti Gregorij Pap.**  
Humilia 1. in Euangelia.

**O**mnia, ac Redemptor no-  
ster paratos nos inuenire de-  
siderans, senescentem mun-  
dum quæ mala sequantur denun-  
ciat, vt nos ab eius amore compe-  
scat. Appropinquantem eius termini-  
num quantæ percusiones præveni-  
ant, innotescit: vt si Deum metuere  
in tranquillitate nolumus, saltem  
vicinum eius iudicium vel percus-  
sionibus attriti timeamus.

**E**cce virgo conciperet, & pariet  
filium, dicit Dominus: **E**t voca-  
bitur nomen eius admirabilis, De-  
us fortis. **S**uper solium Davids,  
& super regnum eius sedebit in  
ternum. Et vocabitur.

**Benedict.** Ille nos benedicat, quæ  
sine fine vivit & regnat. **Amen.**

**Lectio x.**  
**H**vic etenim lectioni sancti  
Euangeli, quam modò vestra  
fraternitas audiuit, paulo superi-  
us Dominus præmisit dicens: Exur-  
get gens contra gentem, & regnum  
aduersus regnum: & erunt terra mo-  
tus magni per loca, & pestilentiae, &  
fames. Et quibusdam interpositis  
hoc, quod modò audistis, adiunxit a  
Eruam

**E**erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præconfusione sonit' maris, & fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia iam facta cernimus; alia in proximo ventura formidamus.

**R.** Audite verbum Domini Genes, & annunciate illud in finibus terræ: \* Et insulis, quæ procul sunt, dicite: Saluator noster adueniet. **V.** Annunciate, & auditum facie: loquimini, & clamate. Et insulis, **V.** Iube domne benedicere.

**Benedictio.** Diuinum auxiliū maneat semper nobiscum. **R.** Amen.

Quando fit Officium de Sanctis, dicitur Cuius, vel Quorum, vel Quarum festum colimus, ipse, vel ipsa, ipsi, vel ipsa, intercedat, vel intercedant, pro nobis ad Dominum. **R.** Amen. Quando fit Officium de S. Maria: Cuius festum colimus; ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. **R.** Amen.

### Lectione 2.

**N**am gentem contra gentem exurgere, earumque pressum terris infistere, plus iam in nostris temporibus cernimus, quam in codicibus legimus. Quod terræmotus urbes innumeratas obruat, ex aliis mundi partibus scitis quam frequenter audiuiimus. Pestilentias sine cessatione patimur. Signa vero in sole, & luna, & stellis, adhuc aperte minimè vidiimus: sed quia & hæc non longe sint, ex ipsa iam aëris immutatione colligimus.

**R.** Ecce dies venient, dicit Dñs, & suscitabo David germen iustum: & regnabit Rex, & sapiens erit, & facies iudicium & iustitiam in terra: \* Et hoc est nomen, quod voca-

bunt eum: Dñs, iustus noster. **V.** In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc, **V.** Iube domne benedicere.

**Benedictio.** Ad societatem ciuium superñorum perducat nos Rex Angelorum. **R.** Amen.

Quando legitur aliud Euangelij cum Homili dicitur sequens Benedictio. Per Euagelica dicta delicta nostra dilecta. **R.** Amen.

Prædicto ordine dicuntur Absolutiones, & Benedictiones quandcumque fit Offic. xij. Lectio-  
num. Quando vero fit Officij trij Leet. si singulæ ij. Leet. sunt de Script. Abiolutio, & Benedictio-  
nes tres priores primi Noct. dicun-  
tur ij. & v. Feria: secundi autem  
Nocturni, tertia & sexta Feria: ter-  
tij vero Nocturni Feria quarta &  
Sabbato, omissa Benedict. ante Eu-  
angelium cuius loco dicitur, ille  
nos benedicat, &c.]

Si autem singulæ tres Lectio-  
nes non sint de Scriptura, Absolutiones  
dicuntur eodem ordine: Benedic-  
tio vero, vt in tertio Noct. Si fit de Sa-  
cra; prima erit, Ille nos benedicat.  
Secunda, Cuius festum colimus.  
Tertia, Ad societatem.

### Lectione 3.

**C**onfusio autem maris, & flu-  
entia nec dum noua exorta est.  
Sed cum multa prænunciata iā com-  
pleta sint, dubium non est, quin se-  
quantur etiam pauca, quæ restant:  
quia sequentium rerum certitudo  
est præteritarum exhibitio. Hec  
nos, fratres charissimi, idcirco dici-  
mus, vt ad cautelæ studium vestre  
mentes euigilent, ne securitate tor-  
peant, ne ignorantia languescant: sed  
sem-

Iemper eas & timor sollicitet ; & in bono opere solicitude confirmet.

**V.** Alieni non transibunt per Ierusalem amplius : \* Nam in illa die stillabunt montes dulcedinem , & colles fluent lac & mel , dicit Dominus. **V.** Deus a Libano veniet , & sanctus de monte umbroso & condenso . Nam in illa **G**loria . Nam in illa .

**H**ic dicitur Hymnus , **T**e Deum laudamus . **v** in Psalterio . 24. **V.** Dominus vobiscum . **R**. Et cum spiritu tuo .

**V.** Sequentia S. Euangeli secundum Lucam . **R.** Gloria tibi Dñe . Sic dicitur semper ante Euangelium . **L**uc 21. c. 25.

**I**n illo tempore : Dixit Iesus discipulis suis : Erunt signa in sole , & luna , & stellis , & in terris pressura Gentium præ confusione sonitus maris , & fluctuum : arescentibus hominibus præ timore , & expectatione , quæ superuenient universo orbi . Nam virtutes celorum mouebuntur : & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna , & maiestate . His autem fieri incipientibus , respicite , & leuate capita vestra : quoniam appropinquat redemptio vestra . Et dixit illis similitudinem : Videte siculneam , & omnes arbores : cum producunt iam ex se frustum , scitis quoniam prope est æstas . Ita & vos cum videritis haec fieri , scitote quoniam prope est regnum Dei . Amen dico vobis ; quia non præteribit generatio haec , donec omnia fiant . Cælum & terra transibunt : verba autem mea non transibunt . **R.** Amen .

**S**equitur Hymnus . **T**e decet laus : te decet hymnus : tibi gloria Deo Patri , & Filio , cum sancto Spiritu , in sæcula sæculorum , Amen .

**O**remus . **O**ratio .

**E**xulta , quæsumus Domine , potentiam tuam , & veni : ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis , te mereamur protegente eripi , te liberante saluari . Qui viuis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus : per omnia sæcula sæculorum . **R.** Amen .

**S**ic finiuntur similes Vigiliae .

**A**d Laudes , & per Horas , Aña .

**I**n illa die \* stillabunt montes dulcedinem , & colles fluent lac & mel , alleluia . Psalm . M iherere mei Deus . **v** in Psalterio . 25.

**A**ña . Incundare \* filia Sion , & exulta sati filia Ierusalem , alleluia .

Psalmus . C onfitemini . 25.

**A**ña . Ecce Dominus \* veniet , & omnes Sancti eius cum eo : & erit in die illa lux magna , alleluia .

Psalmus . D eus Deus meus . 26.

**A**ña . Omnes sicutientes \* venite ad aquas : quærите Dominum , dum inueniri potest , allel . **C**ant . B enedicite . 27. **A**ña . Ecce veniet \* Propheta magnus , & ipse renouabit Ierusalem , allel . **P**sal . **L** audite . 28.

**C**apitulum . Rom . 13. d. 11.

**F**ratres , hora est iam nos de sōlo surgere : nūc enim propior est nostra salus , quam cum credidimus :

**R**ebis . Veni ad liberandum nos , Dñe Deus virtutum . Veni ad liberandum . **V.** Ostende faciem tuam , & salui erimus . Domine . **G**loria .

Veni ad lib . **H**ymnus .

**V**ox clara ecce intonat , **O**bcurus quæque increpat .

**P**el .

Dominica prima Adventus.

130

Pellantur eminus somnia,  
Ab æthere Christus promicat.  
**M**ensiam resurgat torpida,  
Quæ sordid extat saucia,  
Sidus resulget iam nouum.  
Ut tollat omne noxiū.  
**E**sursum Agnus mittitur  
Laxare gratis debitum:  
Omnes pro indulgentia  
Vocem demus cum lacrymis.  
**S**ecundò ut cùm fullerit,  
Mundumque horror cinxerit,  
Non pro reatu puniat,  
Sed nos pius tunc protegat.  
**L**aus, honor, virtus, gloria,  
Deo Patri, & Filio,  
Sancto simul Paraclito,  
In sæculorum fæcula. Amén.  
**X**. Vox clamantis in deserto, Pa-  
rate viam Domini. **R.** Rectas fa-  
cile semitas eius.

**A**d Benedictus, Añæ. Spiritus  
sanctus\* in te descender Maria: ne  
timeas, habebis in utero filium Dei,  
alleluia. **D**einde, Kyrie eleison.  
**C**hriste eleison, Kyrie eleison, Pa-  
ter noster, clara voce.

**O**ratio. Excita ut supra.  
Commemorations, seu Suffragia  
Sanctorum consueta, nō fiunt per totū  
Adventum, etiam in Officio de Sanctis: nec de Cruce in seriali Officio.

**A**d Primam, Tertiā, Sextā, &  
Nonam, Añæ de Laudibus dicun-  
tur per ordinem, quarta prætermissa.  
Quod etiam seruatur in aliis Domi-  
nici Adventus.

**A**d Primam, Hymnus. Iam lucis  
Orto. Eccl. 91. Añæ. In illa die. **P**sal-  
mati inuacuati. cum reliq. de Psal-

**C**apitulum. Regi. 3.

**X**. Exurge Christe, &c.  
**D**einde, Kyrie eleison. Christe elei-  
son. Kyrie eleison. Pater noster.

**C**redo. **X**. Adiutorium nostrum  
cum reliquis ut in Psalt. 3.

Ad Abiulationē Capituli, Lectio  
brevis. **D**omine miserere, quæ di-  
citur in Dominicis, & Feris usq; ad  
Vigiliam Nativitatis; Domini exclusivē.

Ad Tertiā, Hymnus, N.  
sancte. Añæ. Iucundare. Psalm. L.  
gem pone, cum reliquis. 94.

**C**apitulum. Fratres, Hora est.  
**X**. Veni ad liberandum nos Do-  
mine Deus virtutum. **R.** Ostende  
faciem tuam, & salui erimus.

**O**ratio. Excita quæsumus, ut sup.

**O**ratio quæ dicitur ad Vesperas,  
dicitur semper ad Matutinum, Lau-  
des, Tertiā, Sextā, & Nonam,  
nisi aliter signetur.

Ad Sextā, Hymnus, Rector pos-  
tens. Antiphona, Ecce Dominus,  
Psalm. P. Oratio mea. cum reliq. 95.

**C**apitulum. Rom. 13. d. 12.

**N**ox præcessit, dies autem ap-  
propinquauit. Abiciamus ergo  
opera tenebrarum, & induamus  
arma lucis. **R.** Ostende nobis Do-  
mine misericordiam tuam. **R.** Et  
salutare tuum da nobis.

Ad Nonam, Hymnus. Reversum  
Deus. Añæ. Ecce veniet. Psalmus.  
Defecit in salutare. 96.

**C**apitulum. Rom. 13. d. 13.

**S**icut in die honeste ambulemus,  
non in comedationibus & ebrie-  
tatis, non in cubilibus & impudi-  
citiis, non in contentione & æmula-  
tione: sed induimini Dominum Iesum  
Christum. **R.** Super te Ieru-  
alem orietur Dominus. **R.** Et glo-  
ria eius in te videbitur.

**A**d i. Vesperas, Capit.

Fratres, Hora est. ut supr.  
**R.** breue. Ostende nobis Domine  
Misericordia tua.

\* Misericordia tua.

**Dominica prima Aduentus.**

Misericordiam. Ostende. **V. Et** salutare tuum da nobis. Misericordiam. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Ostende nobis.

Hymnus.

**C**onditor alme siderum,  
Æterna lux credentium;  
Christe Redemptor omnium,  
Exaudi preces supplicum.  
**Q**ui condolens interitu  
Mortis perire sæculum;  
Saluasti mundum languidum,  
Donans reis remedium.

**V**ergerem mundi vespere,  
Vti sponsus de thalamo  
Egressus honestissima  
Virginis matris clausula.

**C**uius fortis potentia  
Geni curvantur omnia,  
Cælestia, terrestria,  
Natu fatentur subdita.

**T**e deprecamur agie,  
Venture iudex sæculi:  
Conserua nos in tempore,  
Hostis à telo perfidi.

**L**aus, honor, virtus, gloria,  
Deo Patri, & Filio,  
Sancto simul Paracclito,  
In sæculorum sæcula. Amen.

**R.** Rorate cæli desuper, & nubes  
Pluant iustum.  
**R.** Aperiatur terra, & germete Saltuare.

Ad Magnificat, Antiphona.

**E**cce nomen Domini\* venit de longinquo, & claritas eius replet orbem terrarum. **Kyrie.** Christe. **Kyrie.** Oratio Excita. **vt supra.** in Laud.

Ad ij. Vespertas, Aña. In illa die:  
cum reliquis de Laudibus, quarta  
pretermissa Psalm. Dixit Dominus.  
cum reliquis de Dominicis, 102.

135

Capitulum, **re**. breue, Hymn. &  
**V.** vt in j. Vesp.

Ad Magnificat, Antiphona,

Ne timeas \* Maria, inuictisti enim  
gratiam apud Dominum: ecce con-  
cupis, & paries filium, alleluia.

Oratio. Excita quæsumus.

Hymni, Versiculi, & Responsoriæ  
brevia huius Dominicæ dicuntur  
in aliis Dâicis, & Feris Aduentus.

Post Vesperas dici dicuntur Ve-  
spere Defunctorum.

**FERIA SECUNDA**

Ad Matutinum.

Inuitatorium. Regem venturum:

Hymnus. Verbum supernum.

supra in Dominica prima Aduen-

Aña, Rectos decet: Psalm. Exultati-  
tati iusti cum reliq. de Psalter.

Post **V.** & Pater noster. Absolu-  
tiones & Benedictiones in hac & se-  
quentibus Ferialiis dicuntur ordine su-  
periis descripto.

Notandum: Quando in Feriis  
Aduentus contingit fieri Officium  
de Festo xij. Lectionum non ha-  
bente Lectiones de Scriptura pro-  
prias, vel de Communia signatas,  
tunc ex tribus illis Lectionibus Scrip-  
ptura per singulas Ferias positis,  
sunt quatuor, diuina nimis illa  
Lectione in duas, quæ habuerit hoc  
signum. circa medium.

Idem etiam obseruandum in Fe-  
riis ab Octaua Epiphaniæ usque ad  
Quadragesimam. Fer. vi. post ascen-  
sionis. Et in feriis libris diebus post  
primam Dominicam Nouembriæ us-  
que ad Aduentum.

De Isaia Propheta.

Lectio. Cap. t.d. 16.

**L**AUAMINI, mundi estote, au-  
ferte malum cogitationum ve-

I. 2. stratum

## Infra Hebdomadam primam Aduentus.

strarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè, discite benefacere: quærите iudicium, subuenite oppreso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

**S.** Suscipe verbum virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum transmissum est: concipies & paries Déum pariter & hominem.\* Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. **P.** Paries quidem filium, & virginitatis non parieris detrimentum: efficiens grauida, & eris mater semper intacta. Ut benedicta. **Lectio ii.**

**S.** I volueritis, & audieritis me, bonae terrae comedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracundiam provocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidae. Argentum tuum versum est in scoriām: vinum tuum mistum est aqua. Principes tui infideles, socij furum: omnes diligūt munera, sequuntur retributions. Pupillo non iudicant: & causa viduae non ingreditur ad illos. **R.** Lætentur cœli, & exultet terra, iubilate montes laudem: quia Dominus noster veniet,\* Et pauperum suorum miserebitur. **V.** Orientur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Et pauperum.

**Lectio iii.**

**P.** Ropter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israël: Heu, confortabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. **E.**

contuerat manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum!

**P.** Et restituam iudices tuos ut fuerint prius, & confiliarios tuos sicut antiquitus: post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbis fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia: & conteret scelestos, & peccatores simul; & qui dereliquerunt Dominum consumentur. **R.** Alieni non transibunt per Ierusalem amplius: \* Nam in illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel, dicit Dominus. **V.** Deus à Libano veniet, & sanctus de mons vmbroso & condenso. Nam in illa die. **Gloria Patri.** Nam in illa.

## In secundo Nocturno.

**Capitulum.** Ad Tit. 2. d. 12;

**S.** Obrè, & iuste, & piè viuamus in hoc seculo: expectantes beatam spem, & aduentum glorie magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi. **V.** Veni Domine, & noli tardare. **R.** Relaxa facinora plebi tue.

**Oratio Dominicæ præcedentis;**  
**Ad Laudes, Aña & Psalmus Mala-**  
rere. cum reliq. de Psalt. 25.

**Capitulum.** Isaïæ 2. a. 3.

**V.** Enite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias tuas, & ambulabimus in femitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. **R.** breue. Veni ad liberandum nos, \* Domine Deus virtutum. Veni. **V.** Ostende faciem tuam, & salui erimus. Dñe. Gloria. Veni. Hymnus. Vox clara. **V.** Vox clamantis, ut lupr. 131. **Ad**

**Ad Benedictus, Aña.** Angelus Domini\* nunciauit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto, alleluia. Kyrie eleison. Pater noster.

**Orat.** Excita quæsumus. *sup. 123.*

**Oratio Dñicae præteritæ semper** dicitur per Hebdomadim in feriali Officio, quando propria non astignatur. Ad Horas Añæ sumuntur de Ludiibus Dominicæ præcedentis, quando ad Laudes Ferie non assignantur propriæ: per Annum autem ut in Psalterio.

**Hodie** dicitur Officium defunctorum.

**Ad Primam, Aña.** In illa die.

**Capitulum.** Pacem & veritatem. 3.

**Deinde** Preces, ut in Psalterio. 4.

**Ad Absolutum.** Capit. Lect. bre. Do-

mine miserere. ut in Psalterio. 5.

**Ad Tertiam, Aña.** Iucundare.

**Capitulum.** Ierem. 23. a. 5.

**E**cce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo David gerumen iustum: & regnabit Rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. Oste nde faciem tuam, & salui erimus.

**Post Versum dicitur,** Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, & Orat. & sic in sequentibus Horis.

**Ad Sextam, Aña.** Ecce Dominus.

**Capitulum.** Ierem. 23. b. 6.

**I**n diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confiderenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus, iustus noster. Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis. Deinde Kyrie eleison. Pater noster. ut supra.

**Ad Nonam, Aña.** Ecce veniet.

**Capitulum.** Isaïe 14. a. 1.

**P**rope est, ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Iacob, & Israël saluabitur. Super te Ierusalem, orietur Dominus. Et gloria eius in te videbitur. Kyrie.

**Ad Vesperas, Aña.** Nos qui vivimus. Psalmus. In exitu. eum reliquis de Psalterio. 104.

**Capitulum.** Gen. 49. b. 10.

**N**on auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est; & ipse erit expectatio Gentium. breve. Ostende nobis. Hymnus. Conditor. Rorate cœli. 123.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Leua Ierusalem \* oculos tuos, & vide potentiam Regis: ecce Saluator venit soluere te à vinculo.

**Capitula prædicta** dicuntur in feriali Officio usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusuæ.

**FERIA TERTIA.**

De Isaïa Propheta.

**Lectio j.** Cap. 2. a. 1.

**V**erbum, quod vidit Isaïas, filius Amos, super Iuda & Ierusalem. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons dominus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles: & fluens ad eum omnes Gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exhibet lex, & verbum Domini de Ierusalem. Montes Israël ramos vestros expandite, & florete, & fructus

*Infra Hebdomadam primam Adventus.*

*E*stus facite. Prop̄ est ut veniat dies Domini.

*R*orate celi desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Prop̄.

*Lectio ii.*

*E*t iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad praeium. Domus Iacob venire, & ambulemus in lumine Domini. Proieciisti enim populum tuum, domum Iacob: quia repleti sunt vel olim, & augures habuerunt ut Philistium, & pueris alienis adhaescerunt.

*R*u. Erumpant montes iucunditatem, & colles iustitiam. Quia lux mundi Dominus cum potentia venit.

*R*u. De Sion exhibet lex, & verbum Domini de Jerusalem. Quia lux.

*Lectio iii.*

*R*eplata est terra argento & auro: & non est nisi thesaurorum eius: & repleta est terra cuius equis: & innumerabiles quadrigae eius. Et repleta est terra eius idolis: opus magnum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incurauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis.

*R*u. Ecce ab Austro venio ego Dominus Deus vester. Visitare vos in pace. *R*u. Aspiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Visitare. *Gloria Patri. Visitare.*

*Ad Benedictus, Antiphona.*

Antequam convenirent, \* inuenta est Maria habens in utero de Spiritu sancto, alleluia.

*Ad Magnificat, Antiphona.*

Querite Dominum, \* dum inueniri potest: inuocate eum, dum prop̄ est, alleluia.

*FERIA QVARTA.*

De Isaia Prophetā.

*Lectio i.* Cap. 3, a, 1.

*E*cce enim dominator Dominus exercituum auferet a Ierusalem, & a Iuda validum & fortē, omne robur panis, & omne robur aquæ: fortē, & virum bellatorem, iudicem, & Prophetam, & ariolum, & senem; Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudērem eloqui mystici. Et dabo pueros principes eorum: & effeminiti dominabuntur eis.

*R*u. Rex noster adueniet Christus, \* Quem Ioannes praedicauit Agnum esse venturum.

*R*u. Super ipsum continebunt reges os suum, ipsum Gentes deprecabuntur. Quem.

*Lectio ii.*

*E*t irruerit populus, vir ad virum, & unusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui: Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. Respondebit in die illa, dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite constituere me principem populi.

*R*u. Ante multum tempus prophetauit Ezechiel: Vidi portam clausam, ecce Deus ante fæcula, ex ea procedebat pro salute mundi. Et erat iterum clausa, demonstrans

Virgi-

Nepos, qui  
de ringo. *V*  
Dominus Ioh  
Exeat.

*R*ecens  
& admissio  
minus spaci  
statis in Ag  
respondens p  
Si Sodippe  
denuo ve am  
relata sunt es  
quam bene,  
mentorum fu  
implo in mul  
rumus eiusf

*R*u. Ecce dies  
eius, scilicet ab  
& regnū Re  
facer iudicium  
Eccl. est nom  
am: Domi  
v. diebūrū  
Scrlabidic  
G. Iona Pezi. D

*A*d Beati  
De Sion \* cui  
min de Ierusal

*Magnific*  
Vener: for  
non tam dign  
alacritatem  
*FERIA*  
De la

*E*lectio  
la, di  
comedemus  
operemur:  
romica cum

205

**Infra Hebdomadām primam Aduentus.**

Virginem, quia post partum permā-  
fit virgo. **V** Porta quam vidisti,  
Dominus solus transibit per illam.  
Et erat.

135

propium nostrum. **I**n die illa  
erit germen Domini in magnifi-  
centia, & gloria, & fructus terræ  
sublimis, & exultatio his, qui sal-  
uati fuerint de Israël. Et erit: O-  
mnis qui relictus fuerit in Sion, &  
residuus in Ierusalem, sanctus vo-  
cabitur, omnis qui scriptus est in vi-  
ta in Ierusalem.

**Lectio iii.**

**R**ecordit: quia lingua eorum,  
& adinuentores eorum contra Do-  
minum, v: prouocarēt oculos maie-  
statis eius. Agnitus vultus eorum  
respondit eis: & peccatum suum qua-  
si Sodoma prædicauerunt, nec absco-  
derunt: y: animæ eorum, quoniam  
reddita sunt eis mala. Dicite iusto  
quoniam bene, quoniam fructum ad-  
iumentorum suarum comedet. **V**æ  
impius in malum: retributio enim  
manuum eius fiet ei.

**R**Ecce dies venient, dicit Dominus, & iulcito David germen iustū:  
& regnabit Rex, & sapiens erit, &  
faciet iudicium & iustitiam in terra: \*  
Et hoc est nomen, quod vocabunt  
eum: \* Dominus, iustus noster.

**V**Y In diebus illis saluabitur Iuda, &  
Israël habitabit cōfidēter. Et hoc est.  
**G**loria Patri. Dominus.

**Ad Benedictus. Antiphona.**  
De Sion \* exhibet lex, & verbum Do-  
mini de Ierusalem.

**Ad Magnificat. Antiphona.**  
Veniet \* fortior me post me, cuius  
non sum dignus soluere corrigiam  
calceamentorum.

**FERIA QVINTA.**  
De Isaia Propheta.

Cap. 4. a. 1.

**Lectio j.** **E**t apprehendit septem mu-  
hieres virum unum in die il-  
la, dicentes: Panem nostrum  
comēdemus, & vestimentis nostris  
operiemur: tantummodo inuocetur  
nomen tuum super nos, aufer op-

**R**Suscipe verbum virgo Maria,  
quod tibi à Domino pér Angelum  
transmissum est: concipies, & pa-  
ries Deum pariter & hominem, \*  
Vt benedicta dicaris inter omnes  
mulieres. **V**æ Paries quidem fili-  
um, & virginitatis non patieris de-  
trimentum: efficeris grauida, & eris  
mater semper intacta. Vt.

Cap. 5. a. 1.

**Lectio iv.** **C**antabo dilecto meo canticum  
patrialis mei vineæ suæ. Vi-  
nea facta est dilecto meo in cornu  
filio olei. Et sepuit eam, & lapides  
elegit ex illa, & plantauit eam ele-  
ctam, & ædificauit turrim in medio  
eius, & torcular extruxit in ea: &  
expectauit ut faceret vuas, & fecit  
labrūcas. Nunc ergo habitatores  
Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter  
me, & vineam meam. Quid est quod  
debui vtrā facere vineæ meæ, &  
non feci ei: an quod expectauit ut  
faceret vuas, & fecit labrūcas?

**R**Aspiciebam in visu. 125.

**Responsa Dominicæ præterita**  
ponuntur in hac, & duabus Feriæ  
sequentibus, ordine in Rubricis ge-  
neralibus descripto, quarto tamen  
enīsq: Netturiū semper omisso.

**Lectio iii.**

**T**unc ostendam vobis quid  
ego faciam vineæ meæ: au-  
feram sepiem eius, & erit in dire-

I 4

ptio-

ptionem: diruam maceriam eius,  
& erit in conculationem. Et po-  
nam eam desertam: non putabi-  
tur, & non fodietur: & ascendent  
vespres & spinæ: & nubibus man-  
dabo ne pluant super eam imbre.  
Vinea enim Domini exercitum  
domus Isræl est: & vir Iuda ger-  
men eius delectabile: & expectau-  
it faceret iudicium, & ecce iniqui-  
tas: & iustitiam, & ecce clamor.  
**R.** Missus est Gabriël. 125.

**A**d Benedictus, Antiphona.

Benedicta tu \* in mulieribus, & be-  
neditus fructus ventris tui.

**A**d magnificat, Aña Expectabo  
Dñm \* Saluatorem meum, & præ-  
stolabor eum, dum prope est, allel.

**F E R I A S E X T A.**

De Isaia Prophetæ.

**Lectio i.** Cap. 6. a. r.

**I**n anno, quo mortuus est Rex  
Ozias, vidi Dominum seden-  
tem super solium excellum &  
eleuatum: & ea, quæ sub ipso erant,  
replebat templum. Seraphim sta-  
bant super illud: sex alæ vni, &  
sex alæ alteri: duabus velabant  
faciem eius, & duabus velabant  
pedes eius, & duabus volabant.  
Et clamabant alter ad alterum, & di-  
cebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus,  
Dominus Deus exercitum: ple-  
na est omnis terra gloria eius.

**R.** Auc Maria. **v. in secundo No-**  
**auno Dominicæ.** 125.

**Lectio ii.**

**E**t commota sunt superlimi-  
naria cardinum à voce cla-  
mantis, & domus repleta est fumo.  
Et dixi: Væ nahi, quia tacui, quia  
vir pollutus labiis ego sum, & in  
medio populi polluta labia haben-

tis ego habito, & regem Dñm ex-  
ercitum vidi oculis meis. **R.** Eto-  
lauit ad me unus de Seraphim, &  
in manu eius calculus, quem for-  
cipe tulerat de altari. Et tergit os  
meum, & dixit: Ecce tergit hoc  
labia tua, & auferetur iniquitas  
tua, & peccatum tuum mundabitur.  
**R.** Saluatorem. 126. **Lectio iii.**

**E**T audiui vocem Domini di-  
centis: Quem mittam? & quis  
ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mit-  
te me. Et dixit: Wade, & dices po-  
pulo huic: Audite audientes, & no-  
lite intelligere: & videte visio-  
nen, & nolite cognoscere. Excæ-  
ca cor populi huius, & aures eius  
aggraua, & oculos eius clade: ne  
fôrtè videat oculus suis, & auribus  
suis audiat, & corde suo intelli-  
git, & conuertatur, & sanem eum.

**R.** Obscro Domine. 126.

**A**d Benedictus, Antiph. Ecce  
veniet \* Deus & homo de domo  
Daud sedens in throno, alleluia.

**A**d Magnificat, Antiphona.

Ex Ægypto\* vocavi Filium meum;  
venier, vt saluet populum suum.

**S A B B A T O.**

De Isaia Prophetæ.

**Lectio i.** Cap. 7. a. r.

**E**t factum est in diebus Achaz  
filii Ioathan, filij Ozias re-  
gis Iuda, ascendit Rasfin rex  
Syriæ, & Phace filius Romelæ  
rex Isræl, in Jerusalem, ad prælia-  
dum contra eam: & non potuerunt  
debellare eam. Et nunciauerunt do-  
mui Daud, dicentes: Requieuit  
Syria super Ephraim, & commo-  
tum est cor eius, & cor populi eius,  
sicut mouentur ligna siluarum à fa-  
cie venti. Et dixit Dñs ad Isaiam:

Egre-

*Intra Hebdomadam primam Aduentus.*

137

Hymn. Verbum supernū. *sup. 124.*

In primo Nocturno. *A. Veniet ecce Rex. Psal. Domine in virtute tua. sum reliquis ut in Psal. 15.*

De Isaia Prophetæ.

*Lectio i.* Cap. i. a. i.

Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquæductus piscis superioris in via agri fullonis. *R. Ecce virgo. vt in ij. Nocturno. Daic p̄ced. 128. Lectio ij.*

**E**T dices ad eum: Vide ut fileas: noli timere, & cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum sumigantium istorum, in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filij Romeliae: eo quod consilium inierit contra te Syria in malum Ephraim, & filius Romeliae, dicentes: Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filium Tabeel.

*R. Audire verbum. 128.*

*Lectio ii.*

**E**T adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excellum suprā. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dmum. *I. Et dixit: Auditte ergo domus Daud: Numquid parum vobis est, molestos esce hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiēt, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.*

*R. Ecce dies veniunt. 129.*

*Ad Bened. A. Sion noli time-*

*te, ecce Deus tuus veniet, allel.*

**D O M I N I C A I I.**

*Aduentus.*

*Ad Matutinum Invitat. Regem venturum Dominum. Venite adoramus. Psalmus. Venite 14.*

*Hymn.*

**E**T egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescat super eum Spiritus Domini; spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neq; secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terra. *R. Jerusalem, citō veniet salus tua: quare mœrere cōsumeris? numquid consiliarius non est tibi, quia innouauit te dolor? Saluabo te, & liberabo te, noli timere. Ego enim sum Dns Deus tuus, sanctus Israël, Redemptor tuus. Saluabo.*

*Lectio i.*

**E**T percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renum eius. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus & leo & quis simul morabuntur, & puer parvulus minabit eos. Vitulus, & ursus pascentur: simul requiescent catuli corum: & leo quasi bos comedet paleas. *R. Ecce Dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo, & erit in die illa lux magna: & exibunt de Ierusalem sicut aqua munda: & regnabit Dominus in æternum, Super omnes gentes. R. Ecce Do-*

*I*

*minus*

nus cum virtute veniet: & regnum in manu eius, & potestas, & imperium. Super.

## Lectio iii.

**E**T delectabitur infans ab vbe re super foramine aspidis: & in cœnare reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittere. Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes. In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum.

**R.** Cuiitas Ierusalem noli fere: quoniam doluit Dns super te, \* Et auferat te omne tribulationem.

**V.** Ecce Dominus in fortitudine veniet: & brachium eius dominabitur. Et auferet.

## Lectio iii.

**E**TRIT in die illa: Adiicit Dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinqueret ab Assyriis, & ab Ægypto, & à Phetros, & ab Æthiopia, & ab Ælam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israël, & dispersos iuda colliget à quatuor plagiis terræ. Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Iudei peribunt.

**R.** Rex noster adueniet Christus, \* Quem Ioannes prædicauit Agnum esse venturum. **V.** Super ipsum continebunt Reges os suum, ipsum gentes deprecabuntur. **Q**uem Ioannes. **G**loria. **Q**uem.

**I**n ij. Nocturno, Aña, Gaude & lætare. **P**sal. Domini illuminatio cum reliquis, ut in Psalt. 19. De Expositione sancti Hieronymi Presbyteri in Isaiam Prophetam.

**E**T egredietur virga de radice Iesse. Usque ad principium visionis, vel ponderis Babyloniæ, quod vidit Iaïas filius Amos, omnis hæc prophætia de Christo est: quam per partes volumus explanare, ne simili proposita atque diserta, lectoris confundat memoriam. Virgam & florem de radice Iesse ipsum Dominum Iudæi interpretantur: quod scilicet in virga regnantis potentia, in flore pulchritudo monstretur.

**R.** Ecce veniet Dominus protector noster, sanctus Israël, \* Coronam regni habens in capite suo. **V.** Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum. Coronam.

## Lectio vi.

**N**OS autem virginem de radice Iesse sanctam Mariam virginem intelligamus, quæ nullum habuit sibi fruticem cohærentem: de qua & suprà legimus: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Et florem, Dominum Salvatorem, qui dicit in Cantico canticorum: Ego flos campi, & lily conuallium.

**R.** Sicut mater consolatur filios suos, ita consolabor vos, dicit Dominus: & de Ierusalem ciuitate quam elegi, venier vobis auxilium: \* Et videbitis, & gaudebit cor vestrum.

**V.** Dabo in Sion salutem, & in Ierusalem gloriam meam. Et videbitis.

**P**aulus post.

**L**ectio vii.  
**S**VPER hunc igitur florem, qui de trunco, & radice Iesse per Mariam virginem repente consurget, requiecerit Spiritus Domini: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter.

Homilia sancti Gregorij Pape.

Homilia 6. in Euāgelia post princip.

**V** His tot signis, tantisque virtutibus, non scādalizari quisque potuit, sed admirari. Sed infidelium mens graue in illo scandalum pertulit, cūm eum post tot miracula morientem vidit. Vnde & Paulus dicit: Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autē stultitiam.

**R.** Egredietur Dñs de Samaria ad portam, quæ respicit ad Orientem: & veniet in Bethlehem, ambulans super aquas redemptiois Iudæ: \* Tunc saluus erit omnis homo: quia ecce veniet. **R.** Et præparabit in misericordia solium eius, & sedebit super illud in veritate. Tunc saluus.

## Lectio viii.

**S** Tultum quippe hominibus visum est, vt pro hominibus auctoritatem moreretur: & inde contra eum homo scandalum sumpfit, vnde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto Deus ab hominibus dignius honorandus est, quanto pro hominibus & indigna suscepit.

**R.** Festina, ne tardaueris Domine: \*

**R.** Et libera populum tuum. **R.** Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuae. Et libera. **Lectio ix.**

**Q** uid est ergo dicere, Beatus qui non fuerit scandalizatus in me: nisi aperta voce abiectionem mortis suæ, humilitatemque signaret? Ac si patenter dicat: Mira quidem facio, sed ahiecta perpeti non designor. Quia ergo moriendo se subsequitur, caendum valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui figura venerantur.

**R.** Ecce

**I**ter: nequaquam per partes, vt in ceteris sanctis: sed iuxta Euāgeliū eorum, quod Hebræo sermone conscriptum legunt Nazarai: Descender super eum omnis fons Spiritus sancti. Dominus autem spiritus est: & ubi spiritus Dñi, ibi libertas.

**R.** Ierusalem plantabis vineam in montibus tuis: exultabis, quoniam dies Domini veniet: surge Sion, conuerte ad Dominum Deum tuum: gaudē & lētarē Iacob, \* Quia de medio Gentium Salvator tuus veniet,

**R.** Exulta fatis filia Sion: iubila filia Ierusalem. **Quia.** **Lectio viii.**

**I**N codem Matthæi volumine legimus illud, quod in consequentibus scribitur: Ecce puer meus, quem elegi: electus meus, in quo complacuit anima mea: ponam spiritum meum super illum, iudicium Gentibus proferet: ad Salvatoris ferri intelligentiam, in quo requiescit Spiritus Domini, id est, æterna habitatione permanxit.

**R.** Ecce Dñs veniet, & omnes sancti eius cum eo: tunc aperientur oculi cœcorum, & aures surdorum audiēt: tunc ascender claudis, quasi cœnuis;

Et absolute erunt linguae mutorum.

**R.** Ecce Dñs in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Et absolute. **Gloria.** Et absolute.

**In viii. Noct. Aña.** Gabriel Angelus, & reliqua usque ad Lectiones, et supra in Dominica i. Aduentus.

**Lectio S. Euāgeliū secundum Matthæum.** **Lectio ix.** Cap. 11. a. 2.

**I**N illo tempore: Cūm audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tuis qui venturus es, an alium expectamus? Et reliqua.

**R.** Ecce Dominus veniet cū splendore descendens, & virtus eius cum eo, \* Visitare populum suū in pace, & constitutere super eum vitam sempernam. **V.** Ecce Dñs noster cum virtute veniet. Visitare. **Lect. xii.**

**S**ed dimissis Ioannis discipulis, quid de eodem Ioanne turbis dicat, audiamus. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatum? Quid videhicer non afferendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox vt aura contigerit, in partem alteram inflectit. Et quid per arundinem, nisi carnalis animus designatur? Qui mox vt fauore, vel de tratione tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur.

**R.** Radix Ies̄ qui exurget iudicare gentes: in eum gentes sperabunt: \* Et erit nomen eius benedictum in saecula. **V.** De radice Ies̄ exierit dux, & flos de radice eius ascendet. Et erit. **Gloria Patri.** Et erit.

Sequentia S. Euangeli secundum Matthaeum. Cap. 11.2.

**I**n illo tempore: Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, alium expectamus: Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni, qua auditistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, coepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatum? Sed quid existis vide re? Hominem mollibus vestitum?

Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regū sunt. Sed quid existis videre: Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam Prophetā. **Hic** est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelū meum ante faciem tuā, qui præparabit viam tuā ante te.

### Oratio.

**E**xulta Dñe corda nostra ad pre parandas Vnigeniti tui vias: ut per ei⁹ aduentū purificatis tibi metibus seruire mereamur. Qui tecum,

### Ad Laudes & per Horas, Aña.

**E**cce in nubibus cœli \* Dominus eveniet cum potestate magna, alleluia. Psalm. Misere. cum reliquis de Dominicā. 24. Aña. Vrb̄ fortitudinis nostræ Sion, Salvator ponetur in ea murus, & antemurale: aperite portas, quia nobiscum dominus, alleluia. **Aña.** Ecce apparetur \* dominus, & non mentietur: si moram fecerit, expecta eum: quia veniet, & non tardabit, alleluia. **Aña.** Montes & colles \* cantabunt coram Deo laudem, & omnia ligna siluarum plaudent manibus: quoniam veniet dominator dominus in regnum æternum, alleluia, allel. **Aña.** Ecce dominus \* noster cum virtute veniet, & illuminabit oculos seruorum suorum, alleluia.

### Capit. Rom. 15.4.

**F**ratres, Quæcumq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt: per patientiā, & consolationē scripturarum, spem habeamus. **R. breue.** Veni ad liberandum nos.

**Hymnus.**  
**Vox clara.** **V.** Vox clamantis. **ut supra in Dominicā 1. Aduentus.**

**Ad Benedictus, Aña.** Ioannes autem \* cū audisset in vinculis opera

Dominica secunda Aduentus.

147

pera Christi, mitrens duos ex discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Oratio. Excita Domine corda, sup.

Ad Tertiam, Aña. Vrbs fortitudinis. Capitul. F ratres, Quæcumque. Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. Ostende faciem tuam, & salu erimus.

Ad Sextam, Aña. Ecce apparebit. Capitulum. Rom. 15.c.5.

D eus autem patientia & solatij, det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum: vt vñanimes, uno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi. Veni ad liberandum nos, Domine misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis.

Ad Nonam, Aña. Ecce Dominus. Capitulum. Rom. 15.c.13.

D eus autem spesi repletus, vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in spe, & virtute Spiritus sancti. Super te Jerusalem orietur Dominus. Et gloria eius in te videbitur.

Ad ij. Vespas, Capit. F ratres, Quæcumq;. bre. Ostende nobis. Hymn. Conditor. Veni ad nos. sup. in j. Vesp. Dñicæ. Adu. Ad Magnificat. Aña. Veni Dñe \* visitare nos in pace, vt lætemur coram te corda perfecto. Orat. Excita Dñe corda.

Ad ij. Vesp. Aña. Ecce in nubibus. cum rel. de Laud. Psal. Dixit Dñs. cum reliquis de Dominica. 102.

Capitulum. F ratres, Quæcumque. breue, Hymnus & vtnj. Vesp.

Ad Magnificat. Aña. Tu es \* qui venturus es, an alium expectamus? Dicte Joanni quæ vidistis: Ad lumen redeunt cæci, mortui resur-

gent pauperes euangelizantur, allel. Oratio. Excita Domine corda.

Post Vesperas dicitur Vesperæ Defunctorum.

FERIA SECUNDA.

De Isaiæ Prophetæ.

Lectione i. Cap. 13.2.1

O nus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos. Super montem caliginosum levata signum, exaltare vocem, leuate manus, & ingrediantur portas duces. Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortis meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus, quasi populus frequentium: vox sonitus regum Gentium congregatarum.

R. Suscipe verbum. Et in Feria ij. Hebdomadæ præteritæ. 132.

Lectione ij.

Dominus exercitum præcepit militiæ belli, venientibus de terra procul à summitate cæli: Dominus, & vasa furoris eius, ut disperdat omnem terram. Vlulate, quia prope est dies Domini: quasi vastitas a Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & conteretur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt: vnuquisq; ad proximū suum stipebit, facies combustæ vultus corum. Et lætentur cæli. 132.

Lectione iii.

Ecce dies Domini veniet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisque ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Quoniam stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebra-

mis

tus est sol in ortu suo, & luna non splendet in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantium fortium humiliabo. ¶ Alieni non transibunt. 132.

**Ad Laudes, Aña, & Psalmus Misericordia, cum reliquis de Psal.** 25.

**Capitul. Venire, & ascendamus.**

**vt sup. 132. R. breue. Veni ad libe-**

**randum nos. Hymnus. Vox clara:**

**Vox clamantis. 133.**

**Ad Benedictus, Aña De caelo ve-**

**niet \* dominator Dns, & in manu eius honor & imperium. Oratio. Ex-**

**sita Domine corda: vt supra. 137.**

**Hodie dicitur Officium Defunct.**

**Ad Magnificat, Aña Ecce veniet \***

**Rex Dominus terrae, & ipse auferet ingum captiuitatis nostrae.**

**FERIA TERTIA.**

**De Isaia Propheta.**

**Lectio i.**

**Cap. 14. a. i.**

**P**ropre est ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Iacob, & eliger adhuc de Israël, & requiescere eos faciet super humum suum: adiungetur aduena ad eos, & adhæredit domui Iacob. ¶ Er tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos dominus Israël super terram Domini in seruos & ancillas: & erunt capientes eos, qui se ceperant, & subiicent exactores suos. ¶ Montes Israël. **in Feria ij. Hebdomadæ pre-**

**ced. 134.**

**Lectio ij.**

**E**territ in die illa: eum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à servitute

dura, quia ante seruit: fumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessavit exactor, quietuit tributum? Contrivit Dominus baculum impiorum, virginem dominantum, cædenterem populos in indignatione, plaga insanabilis, subiicientem in furore Gentes, persequenterem crudeliter. ¶ Erumpant montes. 134.

**Lectio ii.**

**Q**uomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui manu oriebasis corruisti in terram, qui vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo: In cælum consendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detrahēris in profundū lacū. ¶ Ecce ab Austro. 134;

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Super te Ierusalem \* orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.

**Ad Magnificat, Aña. Vox clamantis \* in deserto: Parate viam Domini rectas facite semitas Dei nostri.**

**FERIA QUARTA.**

**De Isaia Propheta:**

**Cap. 15. a. i.**

**E**mitte Agnum Domine domi natorem terræ, de Petra desereti ad montem filiæ Sion. Eserit: sicut auis fugiens, & pulli de nidio auolantes, sic erunt filiæ Moab in transuersu Arnon. ¶ In confilium, coge concilium: pone quasi noctem umbram tuam in meride: absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris.

**Rex**

Rex noster adueniet Christus,  
Quem Ioannes prædicauit Agnum  
esse venturum. Super ipsum con-  
tinebunt reges os suum, ipsum gen-  
tes deprecabuntur. Quem. **Lectio iij.**

**F**initus est enim puluis, consum-  
matus est miser: defecit qui con-  
cubebat terram. Et præparabitur in  
misericordia solium, & sedebit su-  
per illud in veritate in tabernaculo  
Daud, iudicans & querens iudi-  
cium, & velociter reddens quod iu-  
stum est. Audiuitimus superbiam  
Moab, superbus est valde: superbiam  
eius, & arrogantiâ eius, & indignatio  
eius plusquam fortitudo eius.  
**A**nte multum tempus prophe-  
tauit Ezechiel: Vidi portam clau-  
sam, ecce Deus ante fæcula ex ea  
procedebat pro salute mundi: Et  
erat iterum clausa, demonstrans vir-  
ginem, quia post partum permanisit  
virgo. Porta quam vidisti, Dñs so-  
lus transibit per illam. **Lectio iij.**

**E**t erat.  
**I**dcirco vlubabit Moab ad Moab,  
vniuersus vlubabit: his, qui lætan-  
tur super muros cocti lateris, loqui-  
mini plagas suas. Quoniam sub-  
urbana Hesbon deserta sunt, & vi-  
neam Sabama domini Gentium ex-  
ciderunt: flagella eius vsque ad Iazer  
peruererunt: errauerunt in deserto,  
propagines eius reliæ sunt, tran-  
sierunt mare.

**E**cce Dñs veniet cum splendore  
descendens, & virtus eius cum eo,  
**V**isitare populum suum in pace,  
& constituere super eum vitam sem-  
piternam. **E**cce Dñs noster cum  
virtute veniet. **V**isitare. **Gloria.**  
**V**isitare. **A**d Benedictus, Aña. Ecce ego

mitto \* Angelum meum, qui præpa-  
rabit viam meam ante faciem tuam.  
**A**d Magnificat, Aña. Sion reno-  
uaberis \* & videbis iustum tuum,  
qui venturus est in te.

**FERIA QUINTA.**

De Isaia Propheta.

**Lectio j.** Cap. 19. 1. r.

**O**nus Ægypti. Ecce Domi-  
nus aſcendet ſuper nubes  
leuem, & ingredietur Ægy-  
ptum, & commouebuntur ſimula-  
cræ Ægypti à facie eius, & cor Æ-  
gypti tabescet in medio eius. Et  
concurrere faciam Ægyptios aduer-  
ſus Ægyptios: & pugnabit vir contra  
fratrem ſuum, & vir contra amicum  
ſuum, ciuitas aduersus ciuitatem,  
regnum aduersus regnum. **E**jeru-  
ſalem citò. in j. Noct. Dñicæ præ-  
rite. 137. **Lectio iij.**

**E**t dirumpetur ſpiritus Ægypti  
in viceribus eius, & confilium  
eius præcipabo: interrogabunt fi-  
mulacra ſua, & diuinos ſuos, & py-  
thones, & ariolos. Et tradam Ægyptum  
in manu dominorum crudeli-  
um, & rex fortis dominabitur eo-  
rum, ait Dominus Deus exercituum.  
Et areficit aqua de mari, & fluvius  
desolabitur, atque ſiccabitur. Et de-  
ficient flumina: attenuabuntur, &  
ſiccabitur riuſ aggerum. **E**cce  
Dominus. 138. **Lectio iij.**

**S**tulti principes Taneos, sapientes  
confiliarij Pharaonis dede-  
runt confilium insipiens: quomo-  
do dicetis Pharaoni: Filius sapientium  
ego, filius regum antiquorum?  
**V**bi nunc ſunt sapientes  
tui? annunciant tibi, & indicent  
quid cogitauerit Dominus exerci-  
tuum ſuper Ægyptum. Stulti facti  
ſunt

sunt principes Taneos, emarcuerunt  
principes Mempheos, decooperunt  
Ægyptum, angulum populoru eius.  
**¶** Ciuitas Ierusalem. 138.

**Ad Benedictus, Aña.** Tu es \* qui  
venturus es Dñe, quem expectamus,  
vt saluum facias populum tuum.

**Ad Magnificat, Aña.** Qui post  
me veniet, \* ante me factus est: cuius  
non sum dignus calceamēta soluere.

## FERIA SEXTA.

De Isaia Propheta.

**Lectione i.** Cap. 24.a. 1.

**E**cce Dominus dissipabit ter-  
ram, & nudabit eam, & affli-  
get faciem eius, & disperget  
habitatores eius. Et erit sicut popu-  
lus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic  
dominus eius: sicut ancilla, sic do-  
mina eius: sicut emens, sic ille qui  
vendit: sicut feenerator, sic is qui  
mutuum accipit: sicut qui repetit, sic  
qui debet. Dissipatione dissipabitur  
terra, & à direptione prædabitur.  
Dás enim locutus est verbum hoc.

**¶** Ecce veniet. in ij. Nocturno  
Dñicæ p[re]ced. 138. **Lectione iij.**

**L**Vxit, & defluxit terra, & in-  
firmata est: defluxit orbis, in-  
firmata est altitudo populi terræ.  
Et terra infecta est ab habitatoribus  
suis: quia transgressi sunt leges, mu-  
tauerunt ius, dissipauerunt fœdus  
sempiternum. Propter hoc maledi-  
ctio vorabit terram, & peccabunt  
habitatores eius: ideoque infancti  
cultores eius, & relinquentur homi-  
nes pauci. **¶** Sicut mater. 139.

**Lectione iiij.**  
**L**Vxit vindemia, infirmata est  
vitis, ingemuerunt omnes qui  
lastabantur corde. Cessauit gaudium  
symponorum, qui erit fortius les-

tantium, conticuit dulcedo cithara;  
Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam.  
Attrita est ciuitas vanitatis, clausa  
est omnis domus nullo introeunte;  
Clamor erit super vino in plateis:  
deserta est omnis lætitia, translatum  
est gaudium terræ. **¶** Relicta est in  
urbe solitudo, & calamitas oppri-  
met portas. Quia hæc ertunt in me-  
dio terre, in medio populorum: quo-  
modo si paucæ oliuæ, quæ remaner-  
unt, excutiantur ex olea; & racemi,  
cum fuerit finita vindemia. Hi leu-  
bunt vocem suam, atque laudabunt:  
cum glorificatus fuerit Dominus;  
hinnient de mari. Propter hoc in  
doctrinis glorificate Dominum; in  
insulis maris nomen Domini Dei  
Islaël. Afinibus terræ laudes audiui-  
mus, gloriam iusti. **¶** Ierusalem  
plantabis. 139.

**Ad Benedictus, Aña.** Dicite, \*  
Puffillanis cōfortamini: ecce Do-  
minus Deus noster veniet.

**Ad Magnificat, Aña.** Cantate Do-  
mino \* canticum nouum: laus eius  
ab extremis terræ.

## S A B B A T O.

De Isaia Propheta.

**Lectione j.** Cap. 25.a. 1.  
**D**omine, Deus meus es tu  
exaltabo te, & confitebor  
nomini tuo: quoniam fecisti  
mirabilia, cogitationes antiquas fi-  
deles, amen. Quia posuisti ciuitatem  
in tumulum, urbem fortem in rui-  
nam, dominum alienorum: vt no-  
sit ciuitas, & in sempiternum non  
adficetur. Super hoc laudabit te  
populus fortis, ciuitas Gentium ro-  
buistarum timebit te. Quia factus  
es fortitudo pauperi, fortitudo ege-

138

**Infra Hebdomadam secundam Aduentus.**

in tribulatione sua: spes a turbis,  
vmbraculum ab æstu.

**R.** Egredietur. vt in tertio Noct.  
Dñicæ præteritæ. 139.

**Lectio ij.**

**S**piritus enim robustorum quasi  
turbo impellens parietem. Sicut  
æstus in siti, tumultum alienorum  
humiliabis: & quasi calore sub nube  
torrente propaginem fortius marces-  
cere facies. Et faciet Dñs exercituū  
omnibus populis in monte hoc con-  
tinuum pinguium, conuinuum vnde-  
mia, pinguium medullatorum, vindi-  
demiæ defacere. Et præcipitabit in  
monte isto faciem vinculi colligati  
super omnes populos, & telam quam  
orditus est super omnes nationes.

**R.** Festina, ne tard. 140. **Lectio iii.**

**R**æcipitabit mortem in sempiti-  
ternum: & auferet Dominus  
Deus lacrymam ab omni facie, &  
opprobrium populi sui auferet de  
vniuersa terra: quia Dominus locu-  
tus est. Et dicit in die illa: Ecce Deus  
noster iste, expectauimus eum, &  
saluabit nos: iste Dñs, sustinuimus  
eum, exultabimus, & lætabimur in  
salutari eius. **R.** Quia requiescit ma-  
nus Domini in monte isto: & tritu-  
rabitur Moab sub eo, sicuti rerun-  
tur paleæ in plaustro. Et extendet  
manus suas sub eo, sicuti extendit  
natans ad natandum: & humiliabit  
gloriam eius cum allisione manuum  
eius. Et munimenta sublimium mu-  
torum tuorum concident, & humili-  
bantur, & detrahentur in terram  
vique ad puluerem.

**R.** Ecce Dominus veniet. 140.

**Ad Benedictus, Antiphona.**  
Leuabit Dñs \* signum in nationi-  
bus, & congregabit dispersos Israël.

**D OM INICA III.**

**Aduentus.**

**Ad Matutinum, Inuitat.** Propè est  
iam Dominus: Venite adorémus.

**E**t dicitur quotidiè usque ad Vi-  
giliam Nativitatis Dñi exclusuē.  
Psalmus. Venite exultemus. 14.  
Hymn. Verbum supernū. sup. 124.  
In primo Nocturno, Aña. Veniet  
ecco Rex. Psalm. Dñe in virtute  
eum reliq. vt in Psalterio. 15.

**De Isaia Prophetz.**

**Lectio j.** Cap. 26. a. i.  
**I**n die illa cantabitur canticum  
istud in terra Iuda: Vrbs fortis  
tudinis nostræ Sion Salvator, po-  
netur in ea murus & antemurale. A-  
perite portas, & ingrediatur gens  
iusta, custodiens veritatem. Vetus  
error abiit: seruabis pacem; pacem,  
quia in te sperauimus.

**R.** Ecce apparebit Dñs super nubem  
candidam, \* Et cum eo sanctorum  
millia: & habebit in vestimento, &  
in femore suo scriptum: Rex regum,  
& Dominus dominiorum.

**R.** Apparebit in finem, & non men-  
tietur: si moram fecerit, expecta  
eum, quia yeniens veniet. Et cum eo.

**Lectio ij.**

**S**perasti in Domino in seculis  
æternis, in Domino Deo forti  
in perpetuum. Qui incuriaabit ha-  
bitantes in excello, ciuitatem subli-  
mem humiliabit. Humiliabit eam  
vique ad terram, detrahet eam vique  
ad puluerem. Concubabit eam  
pedes pauperis, gressus egeno-  
rum.

**R.** Bethlehem ciuitas Dei summi,  
ex te exier dominator Israël, & egref-  
fus eius sicut à principio dierum  
æternitatis, & magnificabitur in me-

K

dio

dio vniuersæ terræ: \* Et pax erit in terra nostra, dum venerit. **V.** Loquetur pacem in Gentibus, & potestas eius a mari usq; ad mare. Et pax.

## Lectio iii

**S** Emita iusti recta est, rectus caloris iusti ad ambulandum. Et in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuimus te: nomen tuum & memorale tuum in desiderio animæ. Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. Cum feceris iudicium tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. Miserearum impio, & non discer iustitiam: in terra sanctorum iniqua gesit, & non videbit gloriam Domini.

**R.** Qui venturus est, veniet, & non tardabit: & iam non erit timor in finibus nostris: \* Quoniam ipse est Salvator noster.

**R.** Deponet omnes iniquitates nostras: & proicit in profundum maris omnia peccata nostra. Quoniam.

## Lectio iiiij

**D** Omine exalteatur manus tua, & non videant: videant, & confundantur zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret. Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operat<sup>t</sup> es nobis. Domine Deus noster, posfeder nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui. Morientes non vivant, gigantes non resurgent: propterea vivitasti & contriuiisti eos, & perdidisti omnem memoriā eorum.

**R.** Ecce veniet Dominus princeps regum terre: \* Beati, qui parati sunt occurrere illi, habebunt partem in ciuitate Ierusalem. **V.** Veniens veniet Dominus, & non tardabit.

Beati. **G**loria Patri. Beati. In secundo Nocturno, Añz, Gaude & letaré. Pfalm. **D**ominus illuminatio mea. cum reliquis ut in Psalt. 19.

Sermo sancti Leonis Papæ. Serm. 2. de ieiun. x. mensis, & collecti.

## Lectio v

**Q** uod temporis ratio, & de quotionis nostræ admonet consuetudo, pastorali vobis, dilectissimi, folicitudine prædicamus, Decimi mensis celebrandum esse ieiunium, quo pro consummata perceptione omnium fructuum, dignissime largitor, eorum Deo contingente libamen offertur.

**R.** Ægypte noli flere: quia Dominator tuus veniet tibi, ante cuius conspectum mouebuntur abyssi, \* Liberare populum tuum de manu potentia. **V.** Ecce veniet Dominus exercitum, Deus tuus cum potestate magna. Liberare.

## Lectio vi

**Q** uid enim potest efficacius esse ieiunio: cuius obleruantur apopinquamus Deo, & resistentes diabolo, virtus blanda superamus. Semper enim virtutis cibis ieiunium fuit. De abstinentia denique prodeunt castæ cogitationes, rationabiles voluntates, talubriora consilia: & per voluntarias afflictiones caro concupiscentias moritur, virtutibus spiritus innouatur.

**R.** Propè est ut veniat tempus eius, & dies eius nō elongabuntur: \* Miserebitur Dominus Iacob, & Israël saluabitur. **V.** Reuertere virgo Israël, reuertere ad ciuitates tuas. Miserebitur. **Lectio viij**

**S** ed quia non solo ieiunio animalium nostrarum falsus acquiritur;

prius: ieiunium  
codus pauperum  
pendamus vim  
voluptatis. Fun-  
stinctio acim-  
diuarum desig-  
nata, legumen-  
dencium per Se-  
nus, admodum  
mutas, furor  
cum quatuor  
aut octo ieiuniorum  
criticis humi per  
ecclasię ca-  
eigenentur.  
¶ Dilectores D-  
i in vellus. Or-  
dinaria, & abu-  
soribus cum  
gentes feruntur.

Lectio

**Q** uarta ieiunio: S-  
beniam Penum  
vagabundus: cuius  
ritus, que pelen-  
tum, & Depon-  
Christum, que  
Spiritu vnde il-  
laborum, Ame-  
r. Ereditatem  
& de radice  
emissa cingi  
¶ suscipientur  
Domini, spina  
tellectu, & c.  
Eccl. et  
In tempore  
Gabriel Angel  
ad Lectio vi  
Aduentus. 12  
Lectio sicut

105

situr : ieunium nostrum misericordis pauperum suppleamus. Impendamus virtuti, quod subtrahimus voluptati. Fiat refectio pauperis, abstinentia ieunantis. Studeamus vi-  
duarum defensioni, pupillorum vti-  
litati, lugentium consolationi, dissi-  
dentium paci. Suscipiatur peregrini-  
nus, adiuvetur oppressus, vestiatur  
nudus, fouetur ægrotus : ut qui-  
cumque nostrum de iustis laboribus  
auctori bonorum omnium Deo sa-  
crificium huius pietatis obtulerit, ab  
eodem regni cælestis præmium per-  
eipere mereatur.

**R.** Descenderit Dominus sicut pluia  
in vellus \* Oritur in diebus eius  
iustitia, & abundantia pacis. **V.** Et  
adorabunt eum omnes reges, omnes  
gentes seruient ei. Oritur.

**Lectio viii.**

**Q** Varta igitur & sexta Feria ieu-  
nemus : Sabbato autem apud  
beatum Petrum Apostolum pariter  
vigilemus : cuius suffragantibus me-  
ritis, quæ poscimus, impetrare pos-  
simus, per Dominum nostrum Iesum  
Christum, qui cum Patre & sancto  
Spiritu vivit & regnat in sæcula sæ-  
culorum. Amen.

**R.** Egressetur virga de radice Iesse :  
& flos de radice eius ascenderet \* Et  
erit iustitia cingulum lumborum eius.  
**V.** Et requiesceret super eum spiritus  
Domini, spiritus sapientiae, & in-  
tellectus. Et erit. **G** Iorla Patri.  
Et erit.

**In tertio Nocturno, Antiphona,**  
Gabriel Angelus, & reliqua usque  
ad Lectionem. ut supra in Dominica j.  
Aduent. 126.

**Lectio sancti Euangelii secundum**  
Ioannem.

**Lectio ix.** Cap. r.c. 19.

**I**N illo tempore : Misericordia Iudei  
ab Ieroftolymis Sacerdotes & Le-  
uitas ad Ioannem, ut interrogarent  
eum : Tu quis es? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

*Homilia 7. in Evangelia.*

**E**X huius nobis lectionis ver-  
bis, fratres charissimi, Ioannis  
humilitas commendatur : qui  
cum tantæ virutis esset, ut Christus  
credi potuisset, elegit solidè subsiste-  
re in se, ne humanæ opinione rape-  
retur inaniter super se. Nam confessus  
est, & non negauit : & confessus  
est, Quia non sum ego Christus. Sed  
qui dixit, Non sum ; negauit quod  
non erat : ut veritate loquens, eius  
membrum fieret, cuius fibi nomen  
fallaciter non usurpareret.

**R.** Veni Domine, & noli tardare :  
relaxa facinora plebi tuæ, \* Et re-  
uoca dispersos in terram suam.

**V.** Excita Domine potentiam tuam,  
& veni, ut saluos facias nos. Et re-  
uoca.

**Lectio x.**

**C**VM ergo nō vult appetere no-  
men Christi, factus est mem-  
brum Christi : quia dum infirmita-  
tem suam studuit humiliter agno-  
scere, illius celsitudinem meruit ve-  
raciter obtainere. Sed cum ex lectio-  
ne alia, Redemptoris nostri sententia  
ad mentem reducitur, ex huius lec-  
tionis verbis nobis quæstio valde  
implexa generatur. Alio quippe in  
loco inquisitus à discipulis Dominus  
de Eliæ aduentu, respondit : Elias  
iam venit, & non cognoverunt eum,  
sed fecerunt in eum quæcumq; vo-  
luerunt : &, si vultis icire, Ioannes  
ipse est Elias.

K. 2

R. Ecce

**E**cce radix Iesse descendet in fatum popolorum, ipsum Gentes deprecabuntur: \* E erit nomen eius gloriosum. **D**abit ei Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Et erit. **Lectio xi.**

**R**equisitus autem Ioannes dicit: Non sum Elias. Quid est hoc, fratres charissimi, quia quod Veritas affirmat, hoc Propheta veritatis negat? Valde namque inter se diuersa sunt, ipse est: &, Non sum. Quomodo ergo Propheta veritatis est, si eiusdem Veritatis sermonibus concors non est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiritur, hoc quod inter se contrarium sonat, quomodo contrarium non sit, inuenitur.

**R**ecipiet nos Dns vias suas, & ambulabimus in semitis eius. \* Quia de Sion exhibet lex, & verbum Dni de Ierusalem. **V**enite, ascendamus ad montem Dni, & ad domum Dei Iacob. Quia. **Lectio xii.**

**A**d Zachariam namque de Ioanne Angelus dicit: Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ. Qui idecirco venturus in spiritu & virtute Eliæ dicitur, quia, sicut Elias secundum Domini adventum præueniet, ita Ioannes præuenit pri-mum. Sicut ille præcursor venturus est Iudicis, ita iste præcursor est factus Redemptoris. Ioannes igitur in spiritu Elias erat, in persona Elias non erat. Quod ergo Dns fateur de spiritu, hoc Ioannes denegat de persona.

**R**ecipiet verbum Virgo Maria, quod tibi a Dño per Angelum transmissum est: concipies & paries Deum pariter & hominem: \* Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres.

**P**aries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris grauida, & eris mater semper intacta. Ut benedicta. **Gloria Patri.** Ut benedicta.

Sequentia S. Euangeli secundum Ioannem. **Cap. i. c. 19.**

**I**n illo tempore: Milicerunt Iudei ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit: confessus est: Quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo: Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demis his, qui miserunt nos? quid dicas de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaia propheta. Et qui misserunt, erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. Haec in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

### Oratio.

**A**vrem tuam, quæ sumus Dñc, precibus nostris accommodata: & mentis nostræ tenebras gratia tuaæ visitationis illustra. Qui viuis & regnas, cum Deo Patre in unitate.

**A**d Landes, & per Horas, Aña.

**V**eniet Dominus\* & non tardabit, & illuminabit abscondita

*quidem filius, & regis patiens dominum, & erit noster. Vt benedictus. Quid medietas.*

*Evangelij Iesu Cap. 1. c. 17.*  
ore: Miserere natus Sacerdotis, n, ve interrogans? Et confessus est: confitit. Et invenit ergo: Elias.

*Capitulum.* Philip 4. a. 4.  
**F**ratres, Gaudete in Dño semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prop̄ est.

*R. bre.* Veni ad liberandum. *Hymn.* & *¶. vt sup. in Dñica j. Aduent. 130.*  
**A.** *Ad Benedictus, Antiphona.*

*Super solium* \* David, & *super regnum eius* se debet in æternum, alle. *Oratio. Aurem tuam.* vt sup.  
*Ad Tertiā, Aña. Ierusalem gaude.* *Capit. Fratres, Gaudete.* vt suprā.  
*¶. Veni ad liberandum nos Domine Deus virtutum.* R. Ostende faciem tuam, & salui erimus.

*Ad Sextam, Aña. Dabo in Sion. Capitulum.* Philip. 4. a. 6.

*N*ihil solliciti sitis: sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestrae innotescant apud Deum.

*¶. Ostende nobis Dñe misericordiam tuam,* & *Et salutare tuum da nobis.*

*Ad Nonam, Aña. Iustè & piē.* *Capitulum.* Philip. 4. b. 7.

*E*t Pax Dei, quæ exuperat omnē fons, custodiat corda vestra, & intellige vias vestras in Christo Iesu Domino nostro.

*¶. Super te Ierusalem orietur Dns.*

*¶. Et gloria eius in te videbitur.*

*Ad ij. Vesperas, Capit. Fratres,*

*Gaudete.* R. bre. Ostende nobis.

*Hymn. Conditor alme.* *¶. Rorate*

cæli. *Ad Magnificat, Antiphona.*

*Ante me non est formatus Deus,*

*& post me non erit: quia mihi cur-*

*nabatur omne genu, & confitebitur*

*omnis lingua.* *Orat. Aurem.*

*Ad ij. Vesperas, Aña. veniet Do-*

*minus.* *cum reliquis de Laudibus.*

*Psalmus. Uxit Dns.* *cum reliquis*

*103.* *Capit. Fratres, Gaudete.* R.

*bucie. Hymn. & Versus vt sup. 123.*

*Ad Magnificat, Antiphona.*

*Beata es \* Maria, quæ credidisti Do-*

*mino: perficiuntur in te, quæ dicta*

*funt tibi à Domino, alleluia.*

*Oratio. Aurem tuam.* vt sup.

*Hæc Aña præsimittitur, si hodie*

*eius loco ponenda sit vna ex Añis*

*maiорibus, vt infra: quibus tempe-*

*cedunt Aña propriæ aliis diebus ad*

*Magnificat, assignatae.*

*Post Vespertas diei dicuntur Ve-*

*speras Defūctorum.*

*Sequentes Antiphona maiores ad*

*Magnificat, inchoatur die xviij. De-*

*cembribus, & singulæ ante & post*

*Magnific. integræ, sicut in Dupli-*

*cibus, dicuntur per ordinem usque*

*ad diem ante Vigiliam Nativitatis.*

*Si vero Festum fuerit, dicuntur*

*post Orationem Festi pro Aduentus*

*commemor.* *Die 17.*

*Aña. O Sapientia, \* quæ ex ore*

*Altissimi prodisti, attingens à fine*

*usque ad finem, fortiter, suauiterque*

*disponeus omnia: veni ad docendum*

*nos viam prudentiæ.* *Die 18.*

*Aña. O Adonai, \* & Dux domus*

K 3 Israël

## Intra Hebdomadam tertiam-Aduentus.

Israël, qui Moysi in igne flammæ rubi apparuisti, & ei in Sina legem dedisti: veni ad redimendum nos in brachio extento.

Die 19.

Aña. O radix Iesse, \* qui stas in signum popolorum, super quem continebunt reges os suum, quem Gentes deprecabuntur: veni ad liberandum nos, iam noli tardare.

Die 20.

Aña. O Clavis Daudis, \* & sceptrum domus Israël: qui aperis, & nemo claudit; claudis, & nemo aperit: ve ni, & educ vincitum de domo carceris, sedentem in tenebris, & umbra mortis.

Die 21.

Aña. O Oriens, \* splendor lucis æternæ, & sol iustitiae: veni, & illumina sedentes in tenebris, & umbra mortis.

Die 22.

Aña. O Rex Gentium, \* & desideratus earum, lapisq; angularis, qui facis vtraq; vnum: veni, & salua hominem, quem de limo formasti.

Die 23.

Aña. O Emmanuel, \* Rex & legifer noster, expectatio gentium, & Salvator earum. veni ad saluandum nos, Domine Deus noster.

Sequentes Añæ ad Laudes & per Horas dicuntur in sex Feriali ante Vigiliam Nativitatem, incipiendo die xvij Decemb. ab Añis, quæ Feria illius die designantur. Similiter & aliae dicuntur in propriis Feriali. Quod si die, xvij, fuerit Dominica, Añæ inchoantur sequenti Feria ij. quæ erit dies xvij. Quæ autem dicendæ essent die, in quo occurrit Festum S. Thomæ, dicuntur in Sabbatho, cum Psalmis Sabbathi, tercia & quarta Aña prætermissa, quarum loco dicitur Aña, Expectetur. nisi Vigilia Nativi venerari in Dominica:

tunc enim in Sabb. dicuntur Añæ de Laudib. Dominicæ, tercia & quarta prætermissa, quarum loco dicitur, prædicta Aña, Expectetur. Aña ad Benedictus, & Oratio dicitur, ut in Sabb. Quatuor Temporum ponitur. Añæ vero de Laudibus, quæ occurruerint in die sancti Thomæ, et anno prætermittuntur: & in Dominicæ tunc dicuntur Añæ de Vigilia, ut infra dicitur in Rubrica de Vigilia. Similiter omittitur Antiphona, Expectetur, quando illud Festum in Sabbatho venerari.

FERIA SECUNDA.  
Ad Laudes, & per Horas, Aña.

Ecce veniet \* Dominus, princeps regum terræ: beati, qui parat: sunt occurrere illi.

Psalmi eiusdem Feria. 41.

Aña. Cum venerari\* Filius hominis, puerus inueniet fidem super terram?

Aña. Ecce iam venit \* plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terras. Aña. Hauriebas\* aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Aña. Egredietur \* Dominus de loco sancto suo: veniet ut saluer populum suum.

FERIA TERTIA.  
Ad Laudes, & per Horas, Aña.

Orate cœli \* desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Psalmi eiusdem Feria. 49. Aña. Emette Agnum \* Domine dominatorem terræ, de petra deserti, ad montem filię Sion. Aña. Ut cognoscamus \* Domine in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Aña. Da mercedem \* Domine sustinentibus te, ut Prophetæ tui fideles inueniantur. Aña. Lex per Moysem \*

data

**Infra Hebdomadam tertiam Aduentus.**

157

**D**icitur est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

**FERIA QVARTA.**

**A**d Laudes, & per Horas, Aña.

**P**rophetae \* predicauerunt nasci  
Saluatorē de Virgine Maria.  
**P**salmie iusdem Feriae. 59.

**A**ña. Spiritus \* Domini super me,  
euangelizare pauperibus misit me.

**A**ña. Propter Sion \* non tacebo,  
donec egrediar ut splendor iustus  
eius. **A**ña. Ecce veniet \* Dominus,  
ut sedeat cum principibus, & solium  
gloriae teneat. **A**ña. Annunciate \*  
populis, & dicite: Ecce Deus Salua-  
tor noster veniet.

**FERIA QVINTA.**

**A**d Laudes, & per Horas, Aña.

**D**e Sion \* venierunt Dominus omni-  
potens, ut saluum faciat popu-  
lum suum. **P**salmi iusdem Feriae.  
69. **A**ña. Conuertere Domine \*  
aliquid, & ne tardes venire ad  
seruos tuos. **A**ña. De Sion \* veniet,  
qui regnaturus est Dominus: Em-  
manuel magnum nomen eius. **A**ña.  
Ecce Deus meus, \* & honorabo eū:  
Deus patris mei, & exaltabo eum.  
**A**ntiph. Dominus \* legifer noster,  
Dominus rex noster, ipse veniet, &  
saluabit nos.

**FERIA SEXTA.**

**A**d Laudes, & per Horas, Aña.

**C**onstantes esto, \* videbitis  
auxilium Domini super vos.  
**P**salmi iusdem Feriae. 78.  
**A**ña. Ad te Domine \* leuavi ani-  
mam meam: veni, & eripe me, Do-  
mine ad te confugi. **A**ña. Veni Do-  
mine, \* & noli tardare: relaxa faci-  
nora plebi tuae Israël. **A**ña. Deus à  
Libano \* veniet, & splendor eius  
sicut lumen erit. **A**ña. Ego autem

\* ad Dominum aspiciam, & expecta-  
bo Deum Salvatorem meum.

**S A B B A T O.**

**A**ñae secund. superiorē Rub. 150.

**A**d Canticum verō, Aña. Expe-  
ctur \* sicut pluia eloquium meum:  
& descendat super nos sicut ros Deus  
noster. **P**salmi ut in Laudibus Sab-  
bati. 89.

In festo S. Thomae pro comme-  
moratione Aduentus ad Benedictus,  
**A**ña. Nolite timere, \* quinta enim  
die veniet ad vos Dominus noster.

Si verò contingat festum S. Tho-  
mæ transferri in ij. Feriam, Aña  
prædicta dicitur ad Benedictus in  
Dominica, loco Aña Ave Maria.

Vltimo Die ante Vigiliam Nati-  
uitatis ad Benedictus, Aña. Ecce  
completa sunt \* omnia, quæ dicta  
sunt per Angelum de virgine Maria.

Quibus Antiphonis cedunt aliæ  
Antiphona, in propriis locis ad Be-  
neditus, asignatae.

**FERIA SECUNDA.**

De Isaia Prophetæ.

**Lectio i.** Cap. 28. a. 1.

**V**æ coronæ superbiae, ebris  
Ephraim, & flori decadenti,  
gloriae exultationis eius, qui  
erant in vertice vallis pinguisimæ,  
errantes à vino. Ecce validus & for-  
tis Dominus sicut imperius grandis-  
turbo confringens, sicut imperius  
aquarum multarum inundantium, &  
emissarum super terram spatiolam.  
Pedibus conculcabitur corona su-  
perbiae ebriorum Ephraim.

**R.** Ecce apparebit. **vñj. Noctur.**  
**Dominica præced.** 148.

**Lectio ii.**

**E**tergit flos deuidens gloriae ex-  
ultationis **iij.**, qui est super  
K 4 verti-

verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cum aspicerit videns, statim ut manu tenuerit, deuorabit illud.

**I**n die illa erit Dominus exercituum corona gloriae, & fertum exultationis residuo populi sui: & spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque praे vino nescierunt, & praे ebrietate errauerunt: sacerdos & propheta nescierunt praे ebrietate, absorpti sunt à vino.

**B**ethlehem cimitas Dei. 146.

**Lectio iii.**

**I**decirò hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui ci ediderit, non festinet. Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura: & subuerteret grando spem mendacij: & protectionem aquæ inundabunt. Et delebitur sœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit.

**R**ecordatio venturus. 146.

**A**d Laudes, Aña, & Psalm. Misericordia, cum reliq. de Psalterio. 25.

**N**isi dicendæ sint Antiphonæ secundum superiorē R uoric. 150. Capitalum. **V**enite, & ascendamus. **vt iug.** 133. **R**ecordatio. Veni ad liberaendum. **Hymn.** Vox clara. **V**ox clamantis, **vt sup.** 130.

**A**d Benedictus, Aña, Egredietur \* virga de radice Iesse, & replebitur omnis terra gloria Domini: & videbit omnis caro salutare Dei.

**O**ratio. Aurem tuam. 145.

**H**odie dicitur Officium Defunct.

**A**d Magnificat, Aña. Beata me

dicent \* omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

**N**isi dicendæ sint Antiphonæ, O.

**F**ERIA TERTIA.

De Isaia Propheta.

**Lectio i.** Cap. 30. d. 18.

**E**xpectat Dominus ut misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus: beati omnes qui expectant eum. Populus enim Sion habebat in Ierusalem: plorans nequam, quam plorabis, miserans miserebitur tui: ad vocem clamoris tui statim ut audierit, respondet tibi. Et dabit vobis Dns panem arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te ultra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.

**R**ecordatio. **E**gypte. **vt in iij.** Noct. Dominicæ præcedentis. 147.

**Lectio ii.**

**E**rgo dices ei: & dabitur pluia semini tuo, vbicumque seminaueris in terra: & panis frumentorum terræ erit uberrimus & pinguis. Pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiose: & tauri tui, & pulli asinorum, qui operantur terram, commistum migra comedent sicut in area ventilatum est. Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum riu currentium aquarum in die interfectionis multorum cum cederint turres. **R**ecordatio. 147.

**Lectio iii.**

**E**ter lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit Dns vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit. **R**ecordatio. Ecce nomen Dni venit de longinququo,

qui, ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. Spiritus eius velut torrens inundans vscq; ad mediū collī ad perdendas gentes in nihilum, & frēnū erroris quod erat in maxillis populorū. **R.** Descendet Dñs. 147.  
**Ad Benedictus, Antiphona.**

Tu Bethlehem\* terra Iuda, non eris minima: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israēl.  
**Ad Magnificat, Aña.** Eleuare, \* eleuare, coarsurge Ierusalem: solue vincula collī tui, captiuā filia Sion.

**Nisi dicunt sit Antiphona, O.**  
**FERIA QVARTA**

Quatuor Temporum.

**Lectio S. Euangelij secundū Lucā,**

**Lectio i.** Cap. 1. c. 26.

**I**n illo tempore: Mis̄is est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilæa, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et reliqua.

**Homilia S. Ambrosij Episcopi.**

**Lib. 2. in Lucam, in initio.**

**L**Atent quidem diuina mysteria, nec facile, iuxta prophetatum dictum, quisquam hominum scire potest consilium Dei. Sed tamen ex ceteris factis, atque praecipiti Domini Salvatoris possumus intelligere, & hoc propensionis fusile consilij, quod ea potissimum electa est, vt Dominum pareret, quae erat desponsata viro. Cur autem non antequam desponsaretur, impleta est? Fortasse ne diceretur, quod conceperat ex adulterio.

**R.** Clama in fortitudine, qui annuncias pacem in Ierusalem: \* Dic

ciuitatibus Iudea, & habitatoribus Sion: Ecce Deus noster, quem expectabamus, adueniet. **V.** Supra montem excellum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam. Dic ciuitatibus.

**Longius post predicta** **Lectio ii.**

**E**t ingressus ad eam Angelus. Disce virginem moribus, disce virginem verecundia, disce oracula, dilce mysterio. Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus paucere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam nemo virorum viderit, solus Angelus repperit: sola sine comite, sola sine teste, ne quo degenere depravaretur affatu, ab Angelo salutatur.

**R.** Orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israēl, & confringet omnes duces alienigenarum: \* Erit omnis terra possessio eius. **V.** Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruent eum. Et erit.

**Longius post predicta** **Lectio iii.**

**T**anti namq; mandati mysteria non hominis fuit, sed Angeli ore promendum. Hodie prima auditur: Spiritus sanctus superueniet in te. Et auditur, & creditur. Denique, Ecce, inquit, ancilla Domini: contingat mihi secundum verbum tuum. Vide humilitatem, vide deuotionem. Ancillam se dicit Domini, quæ mater eligitur: nec repentina exaltata promisso est.

**R.** Modò veniet Dominator Dominus: \* Et nomen eius Emmanuel vocabitur. **V.** Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Et nomen. **Gloria.** Et nomen.

**In secundo Noct. Orat. dici, infra.**

**K 2**

**Ad**

**Ad Benedict. Aña.** Missus est Gabriel Angelus ad Mariam virginem desponsatam Ioseph. **Oratio.**

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus: ut redēptionis nostræ ventura solemnitas, & præsentis nobis vitæ subſidia conferat, & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per Dominum.

*Et dicitur ad omnes Horas, præterquam in Vesperis.*

**Ad Magnificat, Aña.** Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. **Nisi dicenda sit Aña.** **O. Orat. Dñicae** præced. **A**urem tuam.

### FERIA QUINTA.

De Isaia Prophetæ.

**Lectio i.**

Cap. 33. a. 1.

**V**æ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse spernēris? cum consummaueris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. Domine misererere nostri: te enim expectauimus: esto bractium nostrum in manæ, & salus nostra in tempore tribulationis. **E**gredietur Deus, & præliabitur contra Gentes. \* Et stabunt pedes eius supra montes oliuarum ad Orientem. **V.** Et eleuabitur supra omnes colles, & fluunt ad eum omnes Gentes. Et stabunt.

**Lectio ii.**

**A** Voce Angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt Gentes. Et congregabuntur spolia veltra sicut colligitur bruchus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus est Deus, quoniam habitauit in excelsis: implouit Sion iudicio & iustitia. Et erit fides in temporibus tuis: diui-

tiæ salutis, sapientia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius. **R.** Præcursor pro nobis ingreditur Agnus sine macula. \* Secundum ordinem Melchisedech Ponit se factus in æternum, & in saeculum saeculi. **V.** Ipse est Rex iustitiae, cuius generatio non habet finem. Secundum.

**Lectio iii.**

**C**onterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocrites. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus semipernis? Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem, qui proicit auaritiam ex columnis, & excutit manus suas ab omni iniuria, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum. **I**ste in excelsis habitabit, munimenta faxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aqua eius fideles sunt. Regem in decoro suo videbunt oculi eius, cernerent terram de longe. **R.** Videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: \* Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. **V.** Et eris corona glorie in manu Domini, & diademata regni in manu Deitui. Et vocabitur. **Gloria Patri.** Et vocabitur.

**Ad Benedictus, Antiphona.** Vigilate \* animo, in proximo est Dominus Deus noster.

**Nisi** occurrat festum S. Thomæ: quia tunc ea prætermissa, dicitur **Antiphona.** Nolite timere. 151. **Quod** etiam seruatur in sequentibus diebus quando illud Festū occurrit.

**Ad Magnificat, Aña.** Lætamini \* cum Ierusalem, & exultate in eo omnes qui diligitis eam, in æternum.

**Nisi**

FE RIAS  
Quæ Te  
lectio sancti Euang.  
Lucam. (12)  
N illo tempore. E  
ria ab am  
tione in cuorem Ioh  
in domo Zachei  
Elizabeth Etelina  
Horti S. Ambro  
Lili. s. lacun. ap. E  
Osale est om  
M idem erig  
Anania. Et  
cum ibidem etiam  
abrever. exemplo f  
familique concepu  
tus vancius: ve  
omne quod ei plac  
Vbi audire hoc M  
incredulitate oracula  
ceru denuncio, nec  
de exemplo, sed quin  
religiō pro officio,  
dico, quoniam pene  
iam Den plena, n  
eum habitatione co  
scit tarda salutis  
gratia. **D**ominus  
Emilie  
Dominator  
Praeferti ad m  
Y ostende nobis  
etiam tuam, &  
zona. De Peira.  
**Lectio**

D  
icitur k vos  
statim, ebus deinceps  
Mariam, que an  
penetravit uero  
lico virginitatis p  
dio a serpentis mo

**Nisi dicenda sit Antiphona, O.**

**FERIA SEXTA**

**Quatuor Temporum.**

Lectio sancti Euangelij secundum  
Lucam. **Lectio i.** Cap. 1. d. 39.

**I**n illo tempore: Exurgens Ma-  
ria abiit in montana cum festina-  
tione in ciuitatem Iuda: & intravit  
in domum Zachariæ, & salutauit  
Elizabeth. Etteliqua.

Homilia S. Ambrosij Episcopi.

**Lib. 2. in Lucam, cap. 1. post initium.**

**M** Orale est omnibus, vt qui  
fidem exigunt, fidem a-  
struant. Et ideo Angelus,  
cum abscondita nunciatet, vt fidem  
astrueret exemplo senioris feminæ  
sterilisque conceptum virginis Ma-  
ria nunciauit: vt possibile Deo  
omne quod ei placuerit, assereret.  
Vbi audiuit hoc Maria, non quasi  
incredula de oraculo, nec quasi in-  
certa de nuncio, nec quasi dubitans  
de exemplo, sed quasi laeta pro voto,  
religiosa pro officio, festina pro gau-  
dio, in montana perrexit. Quo enim  
iam Deo plena, nisi ad superiora  
cum festinatione contendere? Ne-  
scit tarda molimina sancti Spiritus  
gratia. **E**mitte Agnum Do-  
mine Dominatorem terræ, \* De  
Petrica deserti ad montem filiæ Sion.  
**O**stende nobis Domine miseri-  
cordiam tuam, & salutare tuum da  
nobis. De Petra.

**Lectio ii.**

**D** Iscite & vos sanctæ mulieres  
sedulitatem, quam prægnan-  
tibus debeat exhibere cognatis.  
Mariam, qua ante sola in intimis  
penetalibus versabatur, non à pub-  
lico virginitatis pudor, non ab stu-  
dio asperitas montium, non ab of-

ficio prolixitas itineris retardauit.  
In montana Virgo cum festinatio-  
ne, Virgo officij memor, iniurię  
immemor, affectu urgente, non  
sexu, relicta perrexit domo. Discite  
Virgines nō circumcursare per alienas  
ædes, non demorari in plateis,  
non aliquos in publico miscere ser-  
mones. Maria in domo sera, festina  
in publico, mansit apud cognatam  
suam tribus mensibus. **R** Rorate cæ-  
li desuper, & nubes pluant iustum:

Aperiatur terra, & germinet Salua-  
torem. **E**mitte Agnum Dominatorem  
terræ, de Petra deserti ad mon-  
teum filiæ Sion. Aperiatur. **Lectio iii.**

**D** Idicistis Virgines pudorē Ma-  
riæ, discite humilitatem. Venit  
propinquā ad proximam, iunior ad  
seniorem: nec solum venit, sed etiam  
prior salutauit. Decet enim, vt quan-  
tò castior virgo, tanto humilio sit.  
Nouerit deferre senioribus. Sit ma-  
gistra humilitatis, in qua est profes-  
sio castitatis. Est & causa pietatis, est  
etiam norma doctrinæ. Contuen-  
dum est enim quia superior venit ad  
inferiorem, vt inferior adiuuetur:  
Maria ad Elizabeth, Christus ad Io-  
annem. **R**. Germinauerunt campi  
eremi germen odoris Israël: quia  
ecce Deus noster cum virtute veni-  
et, \* Et splendor eius cum eo. **E**.  
Ex Sion species decoris eius: Deus  
noster manifeste veniet. Et splendor.  
**Gloria Patri. Et splendor.**

**In ii. Noctur. Oratio diei, infra)**

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Ex quo facta est \* vox salutationis  
tuæ in aurib⁹ meis, exultauit in gau-  
dio infans in utero meo, all. **Oratio.**

**E** xcita, quæsumus Dñe, poten-  
tiam tuam, & veni: ythi, qui

in

in tua pietate confidunt, ab omni  
eius aduersitate liberentur. Qui  
vivis & regnas cum Deo Patre.

**E**t dicitur ad omnes Horas, pro  
terquam in Vesperis.

**A**d Magnificat, Āna. Hoc est te-  
timonium, \* quod perhibuit Ioan-  
nes: Qui post me venit, ante me  
factus est. **N**isi dicenda h̄t Āna, O.  
**O**ratio Dominicā praecedentis.

### S A B B A T O

Quatuor Temporum.

**L**ectio S. Euangelij secundū Lucā.

**L**ectio j. Cap. 3.a.1.

**A**nno quintodecimo imperij Ti-  
berij Cæsaris, procurante Pon-  
tio Pilato Iudæam. Et reliqua.

**H**omilia sancti Gregorij Papæ.

**H**omilia 20. in Euangelia.

**R**edemptoris nostri Præcursor  
quo tempore prædicationis of-  
ficium acceperit, memorato  
Romana reipublicæ principe, & Iu-  
dææ regibus, designatur. Quia enim  
illum prædicare veniebat, qui & ex  
Iudæa quosdam, & multos ex Gentili-  
bus redempturus erat: per regē Gentium & principes Iudæorum prædi-  
cationis eius tempora designantur.  
Quia autem Gentilitas colligenda  
erat, & Iudæa pro culpa perfidie di-  
spergenda, ipsa quoque descriptio  
terreni principatus ostendit: quoniā  
& in Romana republica vñus præ-  
fuisse describitur, & in Iudæa regno  
per quartam partem plurimi princi-  
pabantur.

**V**irg. Egredietur virga de radice Iesse,  
& flos de radice eius ascendet: \* Et  
erit iustitia cingulum lumborum eius,  
& fides cinctorum rerum eius. **X**.  
Et requiescat super eum Spiritus  
Dominii: spiritus sapientiæ, & intel-

lectus: spiritus confluij, & fortitudi-  
nis. Et erit. **L**ectio ij.

**V**Occ etenim nostri Redempto-  
ris dicitur: Omne regnum in  
seipsum diuinum desolabitur. Liquet  
ergo, quid ad finē regni Iudæa per-  
uenerat, quæ tot regibus diuina sub-  
iacebat. Aptè quoque nō solum quis-  
bus regibus, sed etiā quibus sacerdo-  
tibus actū sit, demonstratur: & quia  
illū Ioannes Baptista predicaret, qui  
simul rex & sacerdos existeret, Lu-  
cas Euāgelistā prædicatiōis ei⁹ tēpora  
per regnū & sacerdotium designauit.  
**X** Radix Iesse, qui exurget iudicare  
Gentes, in eum Gentes sperabunt: \*  
Et erit nomen eius benedictū in se-  
cula. **X** Super ipsum continebunt  
reges os suum, ipsum Gentes depre-  
cabuntur. Et erit.

**L**ectio iii.

**E**t venit in omnem regionem  
Iordanis, prædicans baptismum  
pœnitentiæ in remissionem pecca-  
torum. Cunctis legenti⁹ liquet,  
quia Ioannes non solum baptismum  
pœnitentiæ prædicauit, verum etiā  
quibusdam dedit: sed tamen baptis-  
mum suum in remissionem peccato-  
rum dare non potuit. Remissio er-  
enim peccatorū in solo nobis baptis-  
mo Christi tribuitur. Notandum  
itaque, quid dicitur, Prædicans  
baptismum pœnitentiæ in remissio-  
ne peccatorum: quoniā baptismum  
quod peccata solueret, quia  
dare non poterat, prædicabat: vt  
sic ut incarnatum Verbum Patri  
præcurrebat verbo prædicationis,  
ita baptismum pœnitentiæ, quo pecca-  
ta soluuntur, præcurreret suo baptis-  
mate, quo peccata solui non possunt.  
**X** Veni Dñe, & noli tardare, re-  
laxa

Liber H  
autem in plenaria  
clericos in terram faci-  
t. Exulta. Dic penitenti-  
tate. Salutem facit nos  
B. Mariae Panis ferme  
In p. Nostri Omo-  
Ad Beatae Annæ  
fieri illud. Angelus Dei,  
rum angelorum. An-  
gele. Sonum audire  
te, & mihi Adhuc  
tibi. Miserere fa-  
citem. Non hec rite  
Vigilia Nominata,  
parvula. Iacobus Nō  
placitum. omnia, q  
per angulum de virginis  
Quod enim tenetur  
ringit in laudem  
Oratio

D. Fui qui confisi  
fui prouincia affi-  
nde propius, nec  
solitudo. Qui vi-  
cum Deo Patre in vi-  
Ecclesia per congre-  
DOMINIC  
Miserere  
Ad Marmum, ve-  
et iam Domum:  
vnu. Psalmus. Ven  
14. Horae. Ver  
vitas. 124.  
In N. A. V  
Psalms. Domine  
cum redime. v. Pl  
Dilecta Pro  
Lectio  
Autem deca-  
exultabit. Glori-  
qualibet. C  
magabit, & enhi-  
laudat: gloria Li

L  
Autem deca-  
exultabit. Glori-  
qualibet. C  
magabit, & enhi-  
laudat: gloria Li

**Infra Hebdomadam tertiam Aduentus.**

157

**L**axa facinora plebi tute: \* Etreuoca  
diuersos in terram suam.

**V.** Excita Dñe potentiam tuam, &  
veni, vt saluos facias nos. Et reuoca.

**G**loria Patri. Etreuoca.

**I**n iij. Nocturno Oratio diei vt infra:

**A**d Benedictus, Aña. Quomodo  
fuit istud, \* Angele Dei, quoniam vi-  
runt non cognosco: Audi Maria vir-  
go: Spiritus sanctus superueniet in  
te, & virtus Altissimi obumbrabit  
tibi. Nisi dicenda sit Aña. Nolite  
timere, & nisi haec fuerit dies ante  
Vigiliam Natiuitatis, quia runc ea  
pretermissa, dicitur Aña. Ecce com-  
pleta sunt\* omnia, quæ dicta sunt  
per Angelum de virginie Maria.  
Quod etiam seruat (si idem con-  
tingat) in sequentibus diebus.

**Oratio.**

**D**eus, qui cōspicis, quia ex no-  
stra prauitate affligimur: con-  
cede propitius, vt ex tua visitatione  
confolemur. Qui vivis & regnas  
cum Deo Patre in unitate.

Et dicitur per omnes Horas:  
**DOMINICA IV.**

**Aduentus.**

**A**d Matutinum, Inuitator. Prope  
est iam Dominus: V enite adore-  
mus. Psalmus. V enite, exultemus.  
14. Hymnus. Verbum supernum.  
vt supra. 124.

Inj. Noct. Aña. Veniet ecce Rex.  
Psalmus. Domine in virtute tua.  
cum reliquis vi in Psalterio. 15.

De Isaia Propheta.

Cap. 35. a. 1.

**L**Ætabitur deserta & inuia, &  
exultabit solitudo, & florebit  
quasi lilyum. Germinans ger-  
minabit, & exultabit lætabunda &  
laudans: gloria Libani data est ei:

decor Carmeli, & Saron: ipsi vide-  
bunt gloriam Domini, & decorum  
Dei nostri. Confortate manus dil-  
solutas, & genua debilia roborate.  
Dicite pusillanimis: Confortamini,  
& nolite timere: ecce Deus vester  
vltione adducet retributionis: Deus  
ipse veniet, & saluabit vos.

**V.** Canite tuba in Sion, vocate Gen-  
tes, annunciate populus, & dicate: \*  
Ecce Deus Saluator noster adueniet.  
**V.** Annunciate, & auditum facite  
loquignini, & clamate. Ecce Deus.

**Lectio ii.**

**T**unc aperientur oculi cœco-  
rum, & aures surdorum pate-  
bunt. Tunc saliet sicut ceruus clau-  
dus, & aperta erit lingua mutorum:  
quia scissæ sunt in deserto aquæ, &  
torrentes in solitudine. Et quæ erat  
arida, erit in stagnum, & sitiens in  
fontes aquarum. In cubilibus, in  
quibus prius dracones habitabant,  
orientur viror calami & iunci.

**V.** Non auferetur sceptrum de Iuda,  
& dux de femore eius, donec veniat,  
qui mittendus est: \* Et ipse erit ex-  
pectatio Gentium. **V.** Pulchriores  
sunt oculi eius vino, & dentes eius  
lauste candidiores. Et ipse.

**Lectio iii.**

**E**terit ibi semita & via, & via san-  
cta vocabitur: non transibit per  
eam pollutus, & haec erit vobis dire-  
cta via, ita vt stulti non errent per  
eam. Non erit ibi leo, & mala bestia  
non ascendet per eam, nec inuenie-  
tur ibi: & ambulabunt qui liberati  
fuerint. Et redempti a Dño, con-  
uertentur, & venient in Sion cum  
laude: & lætitia sempiterna super  
caput eorum: gaudium & lætitiam ob-  
tinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

**V.** Me

**R.** Me oportet minui, illum autem crescere: qui autem post me venit, ante me factus est. Cuius non sum dignus corrigiam calceamentorum soluere. **E.** Ego baptizavi vos aqua: ille autem baptizabit vos Spiritu sancto. Cuius.

**Lectio iiiij.**

Cap. 4.1.a.1.

**T**aceant ad me insulae, & Gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocavit eum ut sequeretur se? dabit in conspectu eius Gentes, & reges obtinebit: dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius. Persequetur eos, transfibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. Quis haec operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dñs, primus & nouissimus ego sum. **P**aratus esto Israël in occursum Dñi, quoniam venit. Formans montes, & creans spiritus, & annuncians in hominibus secundum aduentum suum. **E.** Ecce dominator Dñs cum virtute veniet. Formans. **G**loria. Formans.

**In ij. Nocturno, Aña.** Gaude & lætare Psalm. **D**ominus illuminatio nrum reliq. vt in Psalm. 19.

Sermo sancti Leonis Papæ.  
Serm. 1. de ieiunio decimi mensis, & collectis.

**Lectio v.**

**S**i fideliter, dilectissimi, atque sapientes creationis nostræ intelligamus exordium, inueniemus hominem ad imaginem Dei conditum, ut imitator lui esset auctor: & hanc esse naturalem nostri generis dignitatē, si in nobis, quasi in quodam speculo, diuinæ benigni-

tatis forma resplendeat. Ad quam quotidie nos utique reparat gratia Salvatoris, dum quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo. **R.** Nasceretur nobis parvulus, & vocabitur Deus, fortis. **I**pse sedebit super thronum David patris sui, & imperabat: cuius potestas super humerum eius. **V.** In ipso benedicuntur omnes tribus terræ, omnes Gentes seruient ei. Ipse. **Lectio vi.**

**C**ausa autem reparationis nostræ non est nisi misericordia Dei: quem non diligemus, nisi prius nos ipse diligenter, & tenebras ignorantiae nostræ, suæ veritatis luce discuteret. Quod per sanctum Isaiam Dñs denuncians, ait: Adducam cæcos in viam quam ignorabant, & semitas quas nesciebant, faciam illos calcare: faciam illis tenebras in lucem, & praua in directa. Haec verba faciam illis, & non relinquam eos. Et iterum: Inuenitus sum, inquit, à non quærentibus me, & palam apparui iis qui me non interrogabant. **R.** Ecce iam venit plenitudo temporis, in quo misericordia Dñs Filium suum in terras, natum de Virgine, factum sub lege: **V.** Ut eos qui sub lege erant, redimeret. **V.** Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, Filium suum misit in similitudinem carnis peccati. **V.** eos.

**Lectio vij.**

**Q**uod quomodo impletum sit, Ioannes Apostolus docet, dicens: Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis senum, ut cognoscamus verum, & sumus in vero Filiō eius. Et iterū: Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dedit nos.

**R.** Virgo

**V**irgo Virgil invocans. **A** Vigilante mense, in genitacione Domini Secundum Genesim nouam in exercitu duorum hominum in fulmine. In charitate prepuciale. Ideo ammunitus. **V.** **L**ege utique ne dingenium suum in exercitum lugubrem, ut deinde spicula operari operetur, & lanceam suam, & gat nec horum charmarum, ut non sollem quindam diligatur. **R.** Monachus Virgilus pax, & flore, & Projectu, ut venient. **V.** Rosacei delphinatum: aper gemina: Salvatorum in Pan. Proj. **L**ectio Nocturne, Angelus resp. ut suicidio. **A**men. **L**ectio 116. **L**ectio S. Evangelij. **L**ectio ii.

**A** Nao quoniam Tiberij Cœlia Pausi Pilato Iudei. **D**icitur Iudei. **E**xodus. 20. in **D**icitur Iohannes. **E**sse exbam ut hebreo. **G**rum, quis obdormi ventura in: **V**erba animalium vita quam cum fugeret, qui nunc uite non recurrent.

**V.** Virgo Israël reuertere ad ciuitates tuas: \* Visque quod dolens auertebat generabis Dñm Saluatorem, oblationem nouam in terra: ambulabunt homines in saluationem. **X.** In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans tui. Visque quo.

**Lectio viii.**

**D**iligendo itaque nos Deus, ad imaginem suam nos reparat: & vt in nobis formam sue bonitatis inueniat, dat vnde ipsi quoque quod operatur operemur, accendens scilicet mentium nostrarum lucernas, & igne nos sue charitatis inflammas, vt non lolum ipsum, sed etiam quidquid diligit, diligamus.

**V.** Montes Irael ramos vestros expandite, & florete, & fructus facite: \* Propè est, vt veniat dies Domini. **X.** Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum; aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Propè. **G**loria Patri. Propè.

In tertio Nocturno, Aña. Gabriel Angelus & reliq. vt suprā, in Dominicā j. Adventus. 126.

Lectio S. Evangelij secundū Lucā.

**Lectio ix.** Cap. 3.2.1.

**A**nno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudeam. Et reliqua. De Homilia sancti Gregorij Papæ.

Ex Homil. 20. in Ewang. ante med.

**D**icitur Iohannes ad turbas, quæ exibant vt baptizarentur ab eo: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira: Ventura enim ira est animaduersio vltionis extremæ: quam tunc fugere peccator non vallet, qui nunc ad lamenta pœnitentiae non recurrit. Et notandum,

quod malæ soboles, malorum parentum actionem imitantes, genimina viperarum vocantur: quia per hoc quod bonis inuident, eosque persequuntur, quod quibusdam mala retribuunt, quod læsiones proximis exquirunt: quoniam in his omnibus patrum suorum carnalium vias sequuntur, quasi venenati filii de venenatis parentibus nati sunt. **B**onus Iurauit, dicit Dominus, vt vlt̄rā iam non irascar super terram: montes enim & colles suscipient iusticiam meam, \* Et testamentum pacis erit in Ierusalem. **X.** Iuxta est salus mea, vt veniat: & iustitia mea, vt reueletur. Et testamentum. **Lectio x.**

**S**ed quia iam peccauimus, quia vnu malæ conuerardinis inuoluti sumus: dicat quid nobis faciendum sit, vt fugere à ventura ira valleamus. Sequitur: Facite ergo fructus dignos pœnitentiae. In quibus verbis notandum est, quod amicus sponsi non solum fructus pœnitentiae, sed dignos pœnitentiae admonet esse faciendo. Aliud namque est fructum facere pœnitentiae; aliud, dignum pœnitentiae fructum facere.

**R.** Non discedimus à te, uiuificabis nos Domine, & nomen tuum inuocabimus: \* Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. **X.** Memenatio nostri Dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. **O-**stende. **Lectio xi.**

**V**T enim secundum dignos pœnitentiae fructus loquamur, sciendum est, quia quisquis illius nulla commisit, huic iure conceditur, vt licetis utatur: sicutque pietatis opera faciat, vt tamen si vogauerit, ea quæ mundi sunt non re-

lin-

linquat. At si quis in fornicatione culpam, vel fortasse, quod est gratus, in adulterium lapsus est: tanto a se licita debet abscedere, quanto se meminit & illicita perpetrasse.

**R.** Intuemini, quantus sit iste, qui ingreditur ad saluandas Gentes: ipse est Rex iustitiae, Cuius generatio non habet finem. **V.** Præcursor pro nobis ingreditur, secundum ordinem Melchizedech Pontifex factus in æternum. Cuius.

## Lectio xij.

**N**eque enim par fructus boni operis esse debet, eius qui miseros, & eius qui amplius deliquerit: aut eius qui in nullis, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur: Facite fructus dignos penitentiae: vniuersiisque conscientia conuenitur, ut tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per penitentiam, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam.

**R.** Emitte Agnum Domine dominatorem terræ, De Petra deserti ad montem filiæ Sion. **V.** Ostende nobis Dæ misericordiam tuam; & salutare tuum da nobis. **D.** De Petra. **R.** Gloria Patri. **D.** De Petra.

Sequentia S. Euangeli secundum Lucam. Cap. 3. a. 1.

**A**nno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ, & Thraconitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus fæderotum Anna & Caipha: factum est verbum Domini super Ioannem, Zachariæ filium, in deserto. Et

venit in omnem regionem Jordaniæ prædicens baptizandum penitentem in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Isaïæ Prophetæ: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas eius: & omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt prauia in directa, & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare Dei.

## Oratio.

**E**xulta, quæsumus Domine, potentiam tuam, & veni, & magna nobis virtute succurre: ut per auxilium gratiæ tuae, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuae propitiationis acceleret. Qui vivit & regnas cum Deo Patre.

**Ad Laudes, & per Horas, A. a.**

**C**anite tuba\* in Sion, quia propter est dies Dñi: ecce veniet ad salutandum nos, alleluia, alleluia.

**P**salmus. Misericordia mea. cum reliquis ut in Psalt. 25. A. a. Ecce veniet desideratus cunctis Gentibus;

& replebitur gloria domus Domini, allel. **A. a.** Erunt prauia\* in directa, & aspera in vias planas: veni Domine, & noli tardare, alleluia.

**A. a.** Dominus veniet, \* occurrit illi, dicentes: Magnum principium, & regni eius non erit finis: Deus, fortis, dominator, princeps pacis, alleluia, alleluia. **A. a.** Omnipotens\* sermo tuus Domine à regalibus sedibus veniet, alleluia.

## Capitulum.

**F**ratres, Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis iaueniatur,

Be. br.

Veni ad nos

clara. V. Van

Bezeichnun

gria plena. Dom

udi. C. cuia in modis

Nisi dicimus de

vel A. Euston

Ad Teum, Ahi

Cap. 1. Sic

fuit. V. Veni

nos Dñs unum de

faciem, & sal

Allem. A. E

Gloria. I

M. sibi aures pro

M. nobis inducer

node: feare neque m

O. Ostende nobis

corda tua. R.

da nobis.

Al. Nam, Am

potes sermo.

Gloria. I

Tuque nobis ante

tore, quoadiqua

nus: qui & illumin

et adoramus, & man

dia condim. & tu

cuique a Deo. V.

lemon oriente Domini

cuius te videbimus.

Ali. Vesperas

Strenuissimæ, p

scœle. Hymn. C

Rorat. M. Mag

misterio. O. O

summa.

Ad. Vesperas

gum p. de Land

Dominus. q. v. v.

Capitulum. v.

Hymn. V. v. v.

Ad. Magnificat

Dominica quarta Aduentus.

161

**BL. br.** Veni ad liberandum. **Hym.** Vox clara. **V.** Vox clam. 129.

**Ad Benedictus, Aña.** Ave Maria,\* gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, alleluia.

Nisi dicenda sit Aña. Nolite timere, vel Aña. Ecce completa. 151.

**Ad Tertiam, Aña.** Ecce veniet.

**Capit.** Fratres, Sic nos existimet. **Supr.** 160. **V.** Veni ad liberandum nos Dñe Deus virtutum. **P.** Ostende faciem tuam, & salui erimus.

**Ad Sextam, Aña.** Erunt praua.

**Capitulum.** 1. Cor. 4. a. 3.

Ihi autem pro minimo est, vt quod nostra p[ro]p[ter]a indulgentia videret. Qui n[on] Patre.

**Y.** Offende nobis Domine misericordiam tuam. **R.** Et salutare tuum da nobis.

**Ad Nonam, Antiphona.** Omnipotens sermo.

**Capitulum.** 1. Cor. 4. a. 5.

Taque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit uniuersitate à Deo. **V.** Super te Ierusalem orietur Dominus. **R.** Et gloria eius in te videbitur.

**Ad i. Vesperas, Capit.** Fratres, Sic nos existimet, &c. **R.** breue. O-

stende. **Hymn.** Conditor alme. **V.**

**Rorate.** **Ad Magnificat, Aña.** una ex maioribus, **O.** **Oratio.** Excita, quæsumus,

**Ad ii. Vesperas, Aña.** Canite tuba.

**Cum reliq. de Laud.** Psalm. **Dixit** Dominus, **cum reliquis.** 102.

**Capitulum.** Fratres, Sic nos, **R.** breue. **Hymn.** **V.** vt supr. 131.

**Ad Magnificat, Antiphona,** **O.**

**Oratio.** Exalta ut supra. Post Vesperas diei dicuntur Vesperæ Defunctorum.

FERIA SECUNDA;

De Isaia Propheta.

**Lectio i.** Cap. 41. b. 8.

**E**t tu Israël seruus meus, Isacob quem elegi, semen Abraham amici mei: in quo apprehendi te ab extremis terræ, & a longinquis eius vocauit te, & dixi tibi: Scruus meus es tu, elegi te, & non abieci te. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: conforta te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. **R.** Canite tuba, 157. **in j. Noctur.** Dñicæ præcedentis.

**Lectio ii.**

**E**cce confundentur & erubent omnes qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. **Q**uærunt eos, & non inuenies viros rebellis tuos: erunt quasi non sint, & veient consumptio homines bellantes aduersum te. **Quia** ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas, ego adiui te. **R.** Non auffetur. 157. **Lectio iii.**

**N**oli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israël: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus: & redemptor tuus sanctus Israël. Ego posui te quasi plastrum trituras nouum, habens rostra ferrantia: trituras montes, & communies: & colles quasi puluerempones. Ventilabis eos, & ventus tolleret, & turbo disperget eos: & tu exultabis in Domino, in sancto Israël lætaberis.

**L**

**R.** Me

**R.** Me oportet. 158.<sup>1</sup>

Ad Laudes, Añæ secundum superiorem Rubr. 150. Psal. Misericordia cum reliq. de Psalterio. 25.

Capitulum. V enite, & ascendamus.

R. breue. Veni ad liberandum.

Hymnus. Vox clara. V. Vox clamantis. vt suprà. 129.

Ad Benedictus, Antiphona.

Dicit Dominus: \* Peritentiam agite: appropinquauit enim regnum celorum, alleluia. Ni si dicenda sit Aña. Nolite timere. vel Ecce completa. Oratio Dominicæ præterita. Excita quæsumus. 160. Hodie dicatur Officium Defunctorum.

Ad Magnificat, Antiphona, O. FERIA TERTIA.

De Isaiæ Prophetæ.

Lectione i. Cap. 42. a. 1.

**E**cce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meū sup eum, iudicium Gentibus proferet. Non clamabit, neq; accipiet personam, nec audierit vox eius foris. ¶ Calamum quasi statu non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. Non erit tristis, neq; turbulensus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insulæ expectabunt.

**R.** Nascetur. vt in ij. Noctur. Dominicæ præterita. 158. Lectione ij.

**H**ec dicit Dominus Deus creans celos, & extendens eos: firmans terram, & que germinant ex ea: dans statum populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. Ego Dominus vocavi te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruavi te. Et dedi te in fidus populi, in lucem Gentium: vt aperires oculos cæcum, & educeres de conclusione vin-

ctum, de domo carceris sedentes in tenebris. **R.** Ecce iam venit. 158.<sup>4</sup>

Lectione ij.

**C**Antate Domino canticum nolum, laus eius ab extremis terræ: qui descenditis in mare, & plenitudo eius, insulæ, & habitatores earum. Subleuetur desertum, & ciuitates eius; in domibus habitatib Cedar: Laudate habitatores Petrar, de vertice montium clamabunt. Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nunciabunt. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir prælator suscitabit zelum: vociferabit, & clamabit: super inimicos suos conformatib. **R.** Virgo Israël. 159.

Ad Benedictus, Antiphona.

Consurge, \* consurge: induere fortitudinem brachium Domini.

Ni si dicenda sit Aña, Ecce cōpleta.

Ad Magnificat, Antiphona, O.

FERIA QVARTA.

De Isaiæ Prophetæ.

Lectione i. Cap. 51. a. 1.

**A**vidite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dominum: attendite ad petram unde excisi estis, & ad cauernam lacis, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Sararam, quæ peperit vos: quia vnum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum. Consolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruiinas eius: & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium & latititia inuenietur in ea: gratiarum actio, & vox laudis. **R.** Iuravi. vt in ij. Noctur. Dominicæ præterita. 159.

Lectione ij.

**A**ttendite ad me popule meus & tribus mea me audite: quia

lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescerit. Propè est iustus meus, egerius est salvator meus, & brachia mea populos iudicabunt: me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. ¶ Lemat in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cæli sicut fumus liquefiant, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt: salus aurem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. ¶ Non discedimus. 159. Lectio iii.

**A** Vdite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum nemetatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanâ, sic devorabit eos tinea: salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum.

¶ Intuemini. 160.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ponam in Sion \* salutem, & in Ierusalem gloriam meam, alleluia.

Nisi dicenda sit Aña. Ecce cōpleta.

Ad Magnificat, Antiphona. O.

FERIA QVINTA.

De Isaia Prophetæ.

Lectio j. Cap. 64. a. r.

**V** Tinam dirumperes cælos, & descenderes: à facie tua montes desfluerent. Sicut exustio ignis tabesceret, aquæ arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua Gentes turbarentur. ¶ Cum feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes desfluxerunt. A seculo non audierunt, neq; auribus percepérunt: oculus non vidit, Deus absq; te, quæ-

præparasti expectantibus te. ¶ Canticu tuba. vixi j. Noct. Dominicæ præterita. 157. Lectio ij.

**O** Ceurristi lætanti, & facienti iustitiam: in viis tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es, & peccatumus: in ipsis suimus semper, & salubrimur. Et facti sumus ut immunndus omnes nos, & quasi pannus menstruatae vniuersæ iustitiae nostræ: & cecidimus quasi folium vniuersi, & iniuriantes nostræ quasi vetus abstulerunt nos. Non est qui inuocet nomen tuum: qui con'urgat, & reneat te: abscondisti faciem tuam à nobis, & affligit nos in manu iniuriantis nostræ. ¶ Non auferetur. 157.

Lectio iii.

**E**T nunc Domine, pater noster es tu, nos vero lutum: & factio noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris Dñe satis, & ne ultra memineris iniuriantis nostræ: ecce respice, popu⁹ tuus omnes nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Ierusalem defolata est. Dominus sanctificationis nostræ, & gloriae nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

¶ Me oportet. 158.

Ad Benedictus, Antiphona.

Consolamini, \* consolamini popule meus, dicit Dominus Deus vester.

Nisi dicenda sit Aña. Ecce cōpleta.

Ad Magnificat, Antiphona. O.

FERIA SEXTA.

De Isaia Prophetæ.

Lectio j. Cap. 66. b. 5.

**A** Vdite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri qđites vos,

L 2

vos,

vos, & abiicientes propter nomen meum: Glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur. ¶ Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vñquam tale: & quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die vna: aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos. ¶ Nascentur. vt in ij. Nocturno Dominicæ precedentis. 158. Lectio ij.

**N**VMquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Si ego, qui generationem ceteris tribuo, steriles ero, ait Dominus Deus tuus: Læramini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui luggetis super eam, vt sugatis, & repleamini ab vbera consolations eius: vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam fugietis: ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. ¶ Et Ecce jam venit. 158. Lectio iii

**Q**UOMODO si cui mater blanditur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt: & cognoscetur manus Dñi seruis eius, & indignabitur inimicus suis. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turro quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem suum, & increpacionem suam in flama ignis: quia

in igne Dominus diuidicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti a Domino. ¶ Virgo Israël. 159.

Ad Benedictus, Aña. Ecce completa sunt \* omnia, quæ dicta sunt per Angelum de Virgine Maria.

Ad Magnificat, Antiphona, O Emmanuel. vt supra. 149.

Si Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominicæ, Officiū fit hoc modo.

Ad Matutinum, Inuitatorium de Vigilia, Hodie scietis. ut infra.

Hymnus. Verbum supernum. 123.

Añæ, Psalmi, Versiculi, Lectiones & Responsoria in primo & secundo Nocturno dicuntur de Dñica iij.

In iij. Nocturno, Aña, & Cantica vt in j. Dominicæ Aduentus.

¶ Hodie scietis, quia veniet Dñs. ¶ Et manè videbitis gloriam eius.

Lectiones quatuor de Homilia Vigilia cum suis Relip. & non legitur Homiliæ Dominicæ pro ultima Lect. Euangelium & Oratio de Vigilia. Laudes de Vig. cum comm. Dñicæ.

Similiter & per Horas celebratur Officium de Vigilia.

## IN VIGILIA

Nativitatis Domini.

Ad Matutinum, Inuit. Hodie scietis, quia veniet Dominus: Et manè videbitis gloriam eius.

Psalmus. Venite, exultemus. 14.

Hymnus. Verbum supernum. 123.

Añæ, & Psalm. de feria occurrente.

¶ Hodie scietis, quia veniet Dñs. ¶ Et manè videbitis gloriam eius.

Lectio sancti Euangeli secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 1. c. 18.

VM esset despota mater Iesu Maria Joseph, antequam conuenirens,

lata

unum, invenit eis  
Iudeus Spiritus latens  
Homilia in die H

Predicatio

Lib. 1. Comment. a.

Q

grediāt de dei  
spiritu. Primi

veracissimis hiisq;

monstrans secundum

cur a Inter adiutori

Egypti legatis habet

Mariolitanus etiam

disputationem, cur a de

cepit: Vp parsu,

cedens diabolico, du

nde virginis fide de

v. & Sanctificamini

pani: quia die craft

Maieham Dein u

scietis, quia renet L

debet. Maiefactem.

A

Newcam contu

A ei in verno ha

tu sancto. Non ab ali

mī ab iohes, qui pe

rituali fuisse vicer

sat. Quidam dis

conuecentur, ut s

conuenienter: sed

fatum non fit olli

te thone, videci

manipulos per s. l

notarium: \* C

& Domine erit ve

Etiam in ille

rati. Cingul

I

Oleh uenit

influs, & noll

voluerit occidit

fornicante con

pus efficiunt;

& non solu

ntur.

nenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto. Et reliqua.  
Homilia sancti Hieronymi

Presbyteri.

*Lib. I. Comment. in c. I. Matthei.*

**Q**uare non de simplici virgine, sed de defonsata concipitur? Primum, ut per generationem Ioseph, origo Mariæ monstraretur: secundum, ne lapidaretur à Iudeis ut adultera: tertium, ut in Ægyptum fugiens haberet solarium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur à defonsata conceptus sit: Ut partus, inquiens, eius celaretur diabolo, dum eum putat non de virginie, sed de uxore generatu. **R.** Sanctificamini hodie, & estote parati: quia die crastina videbitis, \* Maiestatem Dei in vobis. **V.** Hodie scietis, quia veniet Dñs, & manè videbitis. Maiestatem. **Lectio ij.**

**A**ntequam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto. Non ab alio inuenta est, nisi à Ioseph, qui penè licentia maritali futuræ vxoris omnia nouerat. Quod autem dicitur, Antequam conuenirent; non sequitur ut postea conuenierint: sed Scriptura quod factum non sit ostendit. **R.** Constantes estote, videbitis auxilium Domini super vos: Iudæa & Ierusalem nolite timere: \* Cras egrediemini, & Dominus erit vobiscum. **V.** Sanctificamini filii Israël, & estote pacati. Cras egred. **Lectio iij.**

**I**oseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Si quis fornicariæ coniungitur, vnum corpus efficitur; & in lege præceptum est, non solum reos, sed & consciens

criminum obnoxios esse peccati: quomodo Ioseph, cum crimen celaret vxoris, iustus scribitur? Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Ioseph sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat, celat silentio, cuius mysterium nesciebat. **R.** Sanctificamini filii Israël, dicit Dñs: die enim crastina descendet Dominus, \* Et auferet à vobis omnem languorem. **V.** Crastina die delebitur iniurias terræ, & regnabit super nos Saluator mundi. Et auferet Gloria. Et auferet,

**S**i autem hęc Vigilia in Dñica venerit, legatur infra scripta Lect. prox. Lect. cum suo R. **Lectio xij.**

**I**oseph fili David, noli timere accipere Mariam uxorem. Iam & supra diximus sponsas uxores appellari: quod pleniū liber aduersus Heluidium docet. Et blandientis affectu ei per somnium Angelus loquitur, ut iustitiam silentij comprobaret: simulque notandum, quod Ioseph filius esse dicatur David, ut Maria quoque de stirpe David monstraretur. **R.** Nasceretur nobis parvulus, & vocabitur Deus, fortis: ipse sedebit super thronum David patris sui, & imperabit: \* Cuius potestas super humerum eius. **V.** Multiplicabitur eius imperium: & pacis non erit finis. **Gloria. Cuius.**

**In ij. nocturno, Capitulum. Qui prædestinatus.** vt infri ad Sextam. **V.** Constantes estote. **R.** Videbitis auxilium Domini super vos. **Oratio dici, vt infra ante Landes.**

**Sequentia S. Euangeli; secundum Mattheum.** Cap. I. c. 18.

**C**um esset defonsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam

conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Haec autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

## Oratio.

**D**eus, qui nos redēptionis nostrae annua exēptationē lētificas: p̄sta, vt Vnigenitum tuum, quem Redemptorem lēti suscipimus, venientem quoque iudicem securi videamus, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

Et dicitur per Horas dici.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

**I**vdæa \* & Ierusalem nolite timere: cras egrediemini, & Dominus erit vobis sc̄us, alleluia.

**P**salmus. Dominus regnauit. **cum reliquis.** 26. Aña. Hodie sc̄etis \* quia veniet Dominus: & manē videbitis gloriam eius. Aña. Craftina die \* delebitur iniquitas terræ: & regnabit super nos Saluator mundi. Aña. Dominus veniet, \* occurrite illi, dicentes: Magnum principium, & regni eius non erit finis: Deus, fortis, dominator, princeps pacis, allel. Aña. Craftina erit \* vobis salus, dicit Dominus Deus exercitum.

**C**apitulum. Rom. 1. a. 1.  
**P**aulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in

Evangeliū Dei, quod antē promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnem. **g. bre.** Hodie sc̄etis, \* Quia veniet Dominus. Hodie sc̄etis.

**v.** Et manē videbitis gloriam eius. Quia, Gloria. Hodie.

Hymnus. Vox clara. 129.

**v.** Craftina die delebitur iniquitas terræ. **R.** Et regnabit super nos Saluator mundi.

Ad Benedict. Aña. Orietur \* sicut sol Saluator mundi: & descendet in utrum Virginis, sicut imber super gramen, alleluia. **Otat. vt sup.**

Prima dicitur sicut in Duplicibus, & ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ, vt infra.

Ad Terciam, Aña. Hodie sc̄etis. Capitulum, Paulus seruus. **sup.**

**v.** Constantes estote. **R.** Videbitis auxilium Domini supervos.

Ad Sextam, Aña. Craftina die. Capitulum. Rom. 1. a. 4.

**Q**ui pr̄destinatus est Filius Dei: in virtute secundū spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri.

**v.** Craftina erit vobis salus. **R.** Dicit Dominus Deus exercitum.

Ad Nonam, Aña. Craftina erit. Capitulum. Rom. 1. a. 5.

**P**er quem accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius, in quibus es̄tis & vos vocati Iesu Christi Domini nostri. **v.** Craftina die delebitur iniquitas terræ,

**R.** Et regnabit super nos Saluator mundi.

IN